This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

A 493272



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest





AS
182
11/61

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

Edidit

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN VI. PARS I.

AUGUSTAE VINDELICORUM,
Typis WILHELMI RESCHII.
MDCCCXLI.

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT
ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN VI. PARS I.

AUGUSTAE VINDELICORUM,
Typis WILHELMI REICHEL.
MDCCCXLI.

MONUMENTA
BOICA.

VOLUMEN TRIGESIMUM TERTIUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,
SUMTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXLI.

I.

Anno 825. 31. Augusti.

Evindicatio ecclesiae Chenperc ex parte Hittonis episcopi Frising. contra Nidkerum episcopum augustan. in placito publico miſsorum dominicorum in loco Adalhareshusir facta.

Edit. in Meichelb. hist. Frising. T. I. P. II. nr. 470. p. 247. (Ex collectaneis Placidi Braun.)

II.

Circ. an. 896. 20. Maii.

Adalbero episcopus res suas in Kerenesheim in pago Renense coenobio Laureshamensi donat.

Ed. in Cod. Laureshalm. I. p. 97. (Coll. Pl. Br.)

145798

III.

Anno 908.

Confraternitas inter monasterium St. Galli, ac episcopos Adalberonem august. et Meginbertum sebonensem inita.

Ed. in Neugart. cod. dipl. I. p. 549. (Coll. Pl. Br.)

IV.

Circ. an. 958.

S. Udalrici episcopi et abbatis campidonen. monasterii ordinatio in eodem monasterio facta.

Omnibus Spiritum vite gerentibus et adhuc in posterum nascentibus notum sit quod primo Ottone principatum regni procurante felicissimae memoriae Vodalricus Augustensis Civitatis Episcopus Campidonensis Monasterii ovile de manu predicti principis suscepit, et ad ipsum non avaritiae vel austeritatis causa sed pro augendo sanctae Mariae servitio paterna provisione procuravit, per id tempus duobus electis fratribus in eodem monasterio militantibus vir venerabilis sui laboris pondus commendans Moysen legiferum vatem imitatus est, qui frequentia populi fatigatus Aaron et Hur erat adiutorio sublevatus. In eadem vice sanctus Vodalricus vnum nomen habentem Lutterich infra claustrum fratribus Deo servientibus Decanum et Magistrum fieri destinabat. Alterum Irminhart vocatum in praepositum secularis negotii desudare praecipiebat. Huic Irminhardo in exterioribus rebus prudenter conversanti et dignis meritis suis

bonam famam in contiguis partibus et in regis foribus promerenti placuit vt aliquod remedium suae animae praepararet, et vt in honore Dei basilicam fundo tenus construeret quam vt mente disposuit Dei adiutorio et optimi Episcopi consilio operis expletione perpetravit. Et hanc ipsam ecclesiam in pomerio fratrum honorifice constructam Deo dignus Vodalricus Episcopus in honore Sanctae crucis et Sancti Herasmi et sancti Nicolai Confess. in VII. Id. Maii dedicavit et coram multitudine cleri et populi Episcopali sententia decrevit vt vnus ex fratribus, qui in regulari vita morum excellentia dignus fuisset eandem ecclesiam cottidiano obsequio provideret et cottidie sui videlicet Episcopi annonam de cellario fratrum pleniter acciperet. Dedicatoque altari vir sanctus omni pietate circumseptus in legitimam dotem vnum mansum in Tvoningowe a) et dimidium in Linterberc b) et tertiam partem in Heimirtingen c) donans et adhuc ex tali paupertate ecclesiam non posse procurari existimans, vnum mancipium quod vocabatur Madelbreth cum novali quod primus ex viridi silva in monte Chnieboz d) cepit adiuncta manu Salechonis aduocati in hoc altare contradidit. Dehinc sacerdotali veste indutus coram populo publice dixit. Si qua persona huic ecclesiae vel altari aliquid horum quae dedimus abstrahat, huic aeternae vitae ianuam intrare non liceat et ab hac luce sequestretur quam in conspectu dei omnis iustus contuetur.

Ex apographo. (Coll. Pl. Br.)

a) Tungau vel Tingau,

b) Lindenberg.

c) Heimertingen.

d) Knieboss vel Kniebass. Hae villae in dioecesi august.

V.

Anno 982.

Heinricus episcopus canonicis S. Mariae proprietatem suam in Geisenhausen tradit.

Ex apographo. (Coll. Pl. Br.) Ap. Nagel origg. domus. B. p. 270.

VI.

circ. an. 985.

Eticho ep. tributum de locis Vellis, Siusis, et Castello rupto Albuino episcopo sabionensi pro tributo de Suffana commutat.

Vide Reschii annal. Sabion. T. II. p. 647. (Coll. Pl. Br.)

VII.

Anno 993. 30. Januarii.

Bulla canonisationis St. Udalrici episcopi.

Vide vitam St. Udalrici in M. Velseri oper. p. 587. (Coll. Pl. Br.)

VIII.

Anno 1046.

Donatio hominum ecclesiae S. Mariae facta.

In nomine Trinitatis individuae. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Lantuvin et filius eius Hiltewic petitione coniugis suae Wolfindc de proprietatis suae familia servum nomine Ruthardum et ancillam Engilhilt dictam Dicerade filios pro animarum suarum absolutione sine omni contradictione ad altare Sanctae Mariae contradiderunt. Ea videlicet pactione quatenus post obitum eiusdem Lantuvini et vxoris suae praefatae Wolfinde lege censualium tam ipsi quam posteri eorum indissolubiliter fungentes, annis singulis denarium vnum pro requie animarum eorum in testimonium manumissionis suae ad idem altare persolvant. Et ne huius conditionis pactum deinceps a quoquam dissolvatur astantium Clericorum Laicorumque eadem testantium nomine subscripsimus. Landpreht Decanus. Kadalhoch presbyter. Engilbero. Richart. Hecel. Wigolt. Rothard. Vto. Nomina Laicorum. Wigolt quaestor. Tucco. Manegolt. Pucco. Winizo. Vdalrich. Wolizzo. Azzo. Adalmot. Acta anno dominicae incarnationis Millesimo XLVI. Indict. XIIII. Eberhardo tunc temporis Ecclesiae Episcopo. Adalgozo autem ecclesiae Advocato.

Ex archivo civitatis august. (Coll. Pl. Br.)

IX.

Circ. an. 1046.

Compositio Eberhardi episcopi august. cum Nitkero episcopo Frising. de decimatione de Gisinhusir facta.

Vide Meichelb. hist. Frising. T. I. P. II. p. 511. (Coll. Pl. Br.)

X.

Anno 1067. 29. Junii.

Coram Embricone episcopo comes Swiggerus praedium in Lademutinga et in Ruonon, ac plerosque servos ecclesiae St. Petri in Perlegio donat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Embrico Dei gratia Presul Augustensis. Noverint omnes Chriſti fideles tam presentes quam futuri, qualiter Comes Swigger *a)* per manum liberi cuiusdam Herimanni tale predium, quale in Lademutinga *b)* et in Ruonon *c)* habuit ad ecclesiam sancti Petri in Perlegio *d)* constructam, cum omnibus ad id pertinentibus et cum mancipiis, ecclesiis, vicis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, tabernis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, ad vtililatem clericorum ibidem Deo servientium, pro anima sua, uxorisque sue Perchte *e)* pro animabus patris sui omniumque propinquorum suorum, cunctorumque fidelium, cum manu eiusdem coniugis suae delegavit et contradidit. Preterea plerosque proprietatis sue ſervos ad idem altare hac con-

ditione contradidit, clericum videlicet quemdam Conradum, vt ea lege qua ceteri canonici de familia St. Marie de Vrsberg orti vtatur. Laicos vero scilicet Wovelinum, Peronem, Perengerum, Arnoldum, Adelbertum, Giselbertum, sub ea conditione, qua ceteri sancte Marie servientes fruuntur. Rusticis quoque hanc legem voluit adscribi quam familia sancte Marie apud Mantichingen habet in censu et in opere servili, his videlicet, Sifrido, Vlrico, Alberto, Hiltrudi, Meregardi, Gebpe, Mathildi. Notandum est etiam, qualiter idem Comes predia que ab ipso seu a parentibus concessa antiquitus eisdem servientibus, si consocii heredes eis non succederent, fratrum vsui deputavit, videlicet predium clerici Conradi post eius obitum, predium vero Wofelini, Peronis, Perengeri, Arnoldi, Vdalrici, Giselberti, ceterorumque servientium, si filii ad idem altare non essent conservi parentum. Huiusmodi autem conditionis pactum ea ratione confirmavit, vt si nos vel successorum aliquis nostrum vel aliqua prepotens persona sibi illud vsurpare vel in alium vsum redigere voluerit, ipse vel heres eius legitimus turturem ad eiusdem altare offerat, predictumque predium recipiat et in potestate sua retineat, quoadvsque ad vsum clericorum secundum predictam conditionem restituatur. Et vt hec traditio ac pactio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam conscribi sigillique nostri impressione iussimus insigniri. Asscripto etiam fidelium nostrorum nobiliumque virorum, nec non servientium nostrorum testimonio, quorum nomina hec sunt. Heinrich de Kirchheim *f)* Hesso et filius eius Hesso de Baccane *g)*. Rudolph de Taphaim *h)*. Wolfram de Moeringen *i)*. Werner de Cuzzencova *k)*. Otthalm de Werenshova. *l)* Volcman de Annenhusa *m)*. Diethalman de Winzurn *n)*. Marcwart de Hunsola *o)*. Marcwart de Fiscon *p)*. Hiltibrant vrbis prefectus. Swigger, Herpolt et iterum Herbolt, Sigeboto, Steuen et alii quam plurimi. Actum est anno incarnationis dominice MLXVII. Indictione V. III. Kal. Julii presidente Papa Alexandro II. Regnante autem Henrico Imperatore III. (Monogramma Episcopi.)

Ex autographo ecclesiae St. Petri. (Coll. Pl. Br.)

a) Comes de Balzhausen et Schwabeck.
b) Lamedingen in Cap. Schwabmench.
c) Ranau in valle I[illegible]mlach.
d) Perlach.
e) Berhta filia Adalgozi vltimi comitis de Schwabeck, comiti de Balzhausen nupta, cui paternam haereditatem attulit.
f) Ad Mindelam.
g) Baknang in ducatu Wirtemberg.
h) Tapfheim ad Danubium.
i) Ad amnem Paar.
k) Küzenkofen.
l) Werishofen in praefectura Türkheim.
m) Anhausen in Cap. Agawang.
n) Forsan Winzer ad Mindelam.
o) Forsan Honsolgen in Cap. Kaufbeuern.
p) Fischach ad Neufnach.

XI.

Anno 1071. 23. Novembris.

Embriconis fundatio ecclesiae collegiatae St. Gertrudis.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Embrico non meritis sed dei gratia favente Presul Augustensis. Notum sit omnibus Christianitatem vera fide divinoque timore colentibus tam superventuris quam coram positis, qualiter nos in honore perpetue virginis Marie et sancte Gertrudis et omnium sanctarum virginum oratorium quoddam *a*) construximus, ipsum videlicet vero et eterno secundum ordinem Melchisedech sacerdoti offerentes sig-

nificativum redemtionis anime precium vt quemadmodum ex abiectissimo quodam et sordidissimo loco idem sterquilinio cura purgationis adhibita sanctificatum deo templum confecimus. ita ipse nostrorum mundata peccatorum labe habitaculum sibi cordis nostre dignetur efficere. Ibi eciam ad serviendum deo viventi pauculos constituimus prebendarios ex facultatibus a nobis iuste ac sobrie conquisitis pro copiola sustentandos. Non enim magnum aliquid conabamur. ne vel nobis miscre vanitatis inflacio subreperet vel alicui ex successoribus nostris. vt sepe de magnis fieri solet livor vel avaritia sed potius miseratio pro paupertate succresceret. Vel quia parvis rebus maior diligencia est adhibenda ex communi familiarium nostrorum consensu et consilio provisorem eidem prefecimus loco. ea condicione prefinita. vt matriculares canonici quorum fidei dicioni et defensioni locum illum subiecimus per successiones temporum vnum ex ipsis cum eiusdem loci fratribus quem communiter velint eligant statuant defendant. ne quisque aliquid ex ipso quod eum gravet exigat, nisi vt servicium divinum inibi pro posse vigilanter instituat. et easdem res paupertimas diligentia fideli et sollicitudine provideat. Hec igitur vt inconvulsa fixaque permaneant successoribus nostris quasi in carne viventes et quasi genua flectentes humiliter supplicamus fideliter testificantes quia miserabile valde est successorem in his promereri penam in quibus precessor veniam. Quod etiam memorie cum litterarum tradi apicibus cartamque non solum nostro sed etiam vt maior sit auctoritas beatissimi patris nostri Vdalrici sigillo signari precepimus pannoque apostolice auctoritatis eiusdemque patroni conclusimus. ne si quis quod absit a nobis constituta destruendo orationis illic solite vsum prepediat perpetuo damnationis periculum incurrat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo LXXI. Indictione VIIII. Kalendas Dezembris VIII. Tempore Alexandri pape. Tempore domni regis Heinrici quarti in presentia clericorum laicorumque fidelium quorum nomina subscripsimus. Nortpreht Prepositus b). Walthere Archidiaconus. Richart Archidiaconus. Erchanrich presbiter. Adalpreht presbiter. Henricho. Adalgoz c) advocatus frater Wernharii

advocati. Wolfdrigel. Godebolt. Seurit. Gebeno. Gerbolt. Marcuuart. Sigcpodo. Merepodo. Wezell et alii plures.

Dotem etiam eiusdem ecclesiae sub fidelium tesium presentia traditam conscribi fecimus. Cuonratishouen. *d*) Walthusin. *e*) Luobon. *f*) In mulihusin *g*) hobam dim. In pobingin *h*) h. 1. predium quod acquisiuimus in superiori mieminga et in inferiori *i*). In Abazan *k*) h. 1. In mullis *l*) h. 1. In Walde *m*) dim. predium tale quale minio ded. In pauzanis *n*) vineas quas idem minio ded. Ovste *o*) In Germanesgouue *p*) predium quod perchthart ded. In Lebezzinga *q*) h. 1. postea addimus Ozzinbach *r*). Munestra in husa *s*) h. 1. Deimat. in Uuestendorf *t*). In Ringinga *u*) h. dim. Curtem dim. Adalharii ded. mulihusa *x*) hob. dim. In Bobinga h. 1. cum Ecemanno et vxore et filiis eius *y*).

Ex autographo St. Gertrudis. (Coll. Pl. Br.)

a) Hoc oratorium extra ecclesiam Cathedralem constructum, sub Marquardo I. Ep. dum chorus orientalis aedificabatur, in ecclesiam receptum est. V. Braun Gesch. d. Bisch. v. Augsb. II. p. 472.

b) Ad Episcopatum Curiensem promotus, collegiatam ecclesiam Habacens. fundavit. Ib. p. 10.

c) Comes de Schwabeck aduocatus ecclesiae August. —

d) Conradshofen in Cap. Kirchheim.

e) Waltenhausen in Cap. Mindelheim.

f) Lauben in praefectura Ottenbur.

g) Mühlhausen ad Sincelam.

h) Bobingen ad Sincelam.

i) Ober- und Untermiemingen in Tiroli in praefectura Petersberg. K. B. Intelligenz-Blatt des Iller-Kreises 29. Stück. Kempten 18. Iuli 1815. p. 559.

k) Absam in Tiroli in praefectura Tauer.

l) Müllen in eadem praefectura.

m) Walde in praefectura Imst.

n) Bozen in Tiroli.

o) Oesten in Tiroli in praefectura Petersberg.

p) Garmisch in comitatu Werdenfels.

q) Löpsingen prope Nördlingen.
r) Eisenbach prope Frisingen.
s) Münsterhausen prope Rain.
t) Westendorf aut in praefectura Kaufbur, aut Werting.
u) Rinningen prope Ulm.
x) Mühlhausen.
y) Plicatura huius instrumenti sequentem refert inscriptionem: Testamentum Domni mei Embriconis Ep. et sancte Gertrudis.

XII.

Circ. an. 1098. Augsburg.

R. archiepiscopus Moguntinus H. augustensi electo adipiscendi episcopalem ſublimitatem per catholicorum ordinationem condonat licentiam.

R. dei gratia mogontine ſedis archiepiſcopus. H. augustensi electo salutem et fraternam in Chriſto dilectionem. Quamquam petitioni tue canonica habeam auctoritate contradicere. tamen quia ſpecialius te diligo et ampliori eccleſie tue neceſſitati intentius congemiſco. uictus tua maxime. ſed et multorum probabilium obſecratione. uoluntati tue ex propoſito decreui annuere. Non quidem ut ampliorem exinde inpugnandi eccleſiam accipias licentiam, ſed ut ſanctorum patrum traditionum fidelis executor. ecclesiaſtice defenſionis et gubernationis conſequaris officium. Si igitur iuxta promiſſum tuum et fidelis Vodalrici noſtri inditium ſancte Mogontine ſedi mihique licet indigne in ea preſidenti et ſucceſſoribus meis canonicam quam debes obedientiam ſpoponderis et me uiuo. nec canonice depoſito. siue non sponte episcopali cedente officio. nullatenus alterum te in locum meum electurum. uel forte hac perſecutionis moleſtia ſuper inpoſito. obedientiam te promiſſurum affirmare uolueris. ex auctoritate diuina. et poteſtate nobis conceſſa. adipiscendi plenius episcopalem ſublimitatem per catholicorum ſaluo mogontine ſe

dis honore ordinationem. reſpectu precipue difficultatis noſtri conuentus. licentiam tibi condono. Vide ad hoc frater in Christo dilectissime. ne forte ſuper infructuosis tuis operibus. nec nomine quo deo annúente ſublimandus es competentibus. aliquorum te morſibus prebeas obtrectandum. ſed ut de bona ac perutili tua conuerſatione. et ſollerti uerbi dei diſpenſatione magnificetur et glorificetur in omnibus deus. et fiat nomen domini benedictum per omnia in ſecula amen. Dominus conſeruet te ab omni malo et cuſtodiat introitum tuum et exitum tuum in ſeculum.

In P. Brauns Geschichte der Bischöfe von Augsburg II. p. 21. versio germanica hujus diplomatis excussá.

XIII.

Anno 1099. Auguste.

Herimanus ep. Sizoni custodi ejusdemque ſucceſsoribus ecclesiae St. Mariae Aug. oblationes quasdam contradit.

Conſultum namque uidetur. ut quicquid vel ſecularibus vel eccleſiaſticis agitur negociis. ita probabilium teſtimonio uirorum ac serie confirmetur litterarum. ne ab aliquo postmodum temere diſſolui. nec temporum prolixitate obliuioni ualeat tradi. Qua propter cunctorum Chriſti fidelium agnoſcat induſtria qualiter Herimannvs auguſtensis eccleſie epiſcopus Sizoni eiuſdem eccleſie cuſtodi ob eiuſ fidele seruicium. ipsi ac ſibi ſucceſſuris domus ſancte Marie cuſtodibus in perpetuum contradidit omnem portionem oblationum quam ſui anteceſſores conſuetudinaliter propriiſ usibus uſurpabant. et etiam totum linum et panem que offerebantur ad sanctam Mariam per altaria occidentalia. a fornice medio uſque ad tribunal orientale in dedicatione

ſancte Mariae et in feſtiuitate ſancti Michahelis. Inſuper eciam pro uino quod de cellario episcopi in euchariſtia solebat dari unam carradam uini de ipſo cellario ſingulis annis indubitanter auguſte dari conſtituit, et hanc traditionem confirmauit aſtantibus et collaudantibus. Vodalrico uicedomino. Uodalrico camerario. Wortwino maiori uillico. Liutfrido cellerario. Actum eſt autem auguſte anno dominice incarnationiſ Milleſimo LXXXXVIIII. Herimanno epiſcopo. Rvodolfo prepoſito. Erkanrico decano. Preſentibus canonicis. Vodalrico uicedomino. Vodalrico capellano. Rvotperhto. Werenherio. Dieterico capellanis. Laicis uero Werenhario. Richardo. Hilteboldo. Et ut hoc firmum ac ratum perenniter permaneat. hanc confirmationis cartam conſcribi precepit. quam ſigilli ſui impreſſione insigniri fecit.

XIV.

Anno 1104. 14. Ianuarii.

Notitia de restitutis per Herimannum ep. Canonicis praediis Straubing et Geisenhausen.

Ed. in Nagel origg. domus Boicae. p. 276. Ex apographo Arch. Capit. (Coll. Pl. Br.)

XV.

Anno 1104. Ratisponae.

Privilegium ſuper jure advocatorum in Straubingen et Geisenhausen.

Notum ſit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris. qualiter Chvnradus et Waltherus Aug. Ecclesie Canonici

et boni testimonii fratres pro obtinenda ſui iuris libertate ad regis curiam Ratispone communi consilio fratrum. vrgente necessitate a Capitulo missi ſunt aliisque fratribus ſuperuenientibus et eiusdem legacionis verba confirmantibus. vt Episcopi et aduocatorum prefate Ecclesie diu ſeviens in predia fratrum iniuria regia potestate principumque auctoritate ſedaretur. ipsisque aduocatis iusticia quam Manegoldus in Augusta et Comes Aschabinus in Strubingen et Erich in Gysenhusen habuit determinaretur. Communi ergo principum tam ecclesiasticorum quam ſecularium consilio et iudicio ſtatutum est. vt ad placitum Aug. aduocati ſiue aliorum aduocatorum pertinentes ſemel in anno quando preceptum fuerit. omnes homines conueniant certis in locis. ſcilicet in Aitingen, in Strubingen, in Gysenhusen. ibique plus in seruicium ſuum non exigant nisi duos modios tritici et duos porcos tres cados vini et medonis decem cados ceruisie et V. modios auene. Vt autem ea ad vsus fratrum pertinent. minus distrahantur. ſubscripta omnia in vsus aduocatorum sunt deputata. Tercia pars bannorem ſatisfactio temeritatum. ita tamen vt ſi qua dispendia res fratrum patiantur, primum eis restituantur. Werigelta fratrum ſint et mancipium pro mancipio. Preterea ſi aliqua necessitate vocati fuerint. nihil a fratribus vel eorum colonis quasi ſub iusticia exigant ſed cum caritate hoc quod eis impensum fuerit accipiant. Huius rei testes ſunt Bruno Treuerensis Archiepiscopus. Fridericus Colon. Archiep. Berhtoldus Salzeburg. Electus. Emehardus Wirzburg. Electus. Burchardus Monaster. Episcopus. Otto Babenberg. Episcopus. Iohannes Spirensis Episcopus. Vto Hildinen. Episcopus. Witelo Mindin. Episcopus. Eberhardus Eistet. Electus. Hainricus Frising Episcopus. Adelbero Trident. Episcopus. Vdalricus Augiensis abbas. Babo abbas de S. Emmeramo. Preterea Erluncus Cancellarius cum magna multitudine clericorum. Isti ſunt Canonici ex parte tocius congregationis ad curiam regis missi. Sitzo. Emenhart. Witolt. Rudolf. Chunrad. Sigebot. Tuto. Guntherus. Liupolt. Lanzo. Pucco. Pillunch. Herman. Hainricus. Walther. Otto. Wernher. Laici quoque qui interfuerunt et audierunt. Dux Welf et frater eius Hainricus. Pe-

ringer de Sulzbach. Sigehart et Fridrich frater eius de Thengelingen. Otto de Diezzen. Adelpreht de Elchingen. Wichpreht et filius eius de Saxonia. Wernher de Vresperch. Heinricus de Sconenburc. Herman de Raitenberg. Gerloch de Orth. Arnolt de Goldenbach. Volcmar dapifer Imperatoris. Gundekar et Erkenpolt. Cammerarii Imperatoris et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis Millesimo C. IIII. Indict. XII. In civitate Ratisp. presente et decernente Hainrico Imperatore tercio, rege vero quarto.

Ex codice m. cap. august. (Coll. Pl. Br.)

XVI.

Anno 1106 — 1117.

Paschalis II. papae epistolae plures in causa Herimanni episcopi.

Vide H. Canisii lect. antiqq. ed. Basnage. T. III. P. II. 5. sqq. (Coll. Pl. Br.)

XVII.

Anno 1116. 14. Februarii. Augustae.

Heinricus V. Romanorum imperator Herimanno augustensi episcopo eiusque ecclesiae abbatiam Buron libere tradit, sicut hucusque eam ipse in sua tenuit potestate.

Ed. in Monum. Boicis. Vol. XXIX. P. I. p. 236.

XXVIII.

Anno 1121.

Coram Hermanno episcopo august. Helmbertus canonicus praediolum in Ciegelbach, apud nobilem virum Fridericum de Wellenheim emtum, matrici ecclesiae delegat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Notum ſit omnibus Christi fidelibus tam preſentibus quam futuris. Qualiter quidam nobilis homo ſcilicet Friderich de wellenhaim cum uxore ſua prediolum quod ex altera parte fluminis in ciegelbach habuerunt. cuidam Helmberto sancte augustensis eccleſie canonico uendiderunt. et omni firmitate iuris contradiderunt et ut huius facti contractus inrefragabilem ac omni tempore indiſſolubilem. ſortiretur effectum eiuſdem Helmberti rogatu. unacum ipſo in ſtipendium matricis eccleſie canonicis. libera ac poteſtatiua manu ad altare ſancte Marie delegauerunt. Herimanno uenerabili epiſcopo aſtante. nec non preſenti pagina confirmante. preſentibus quoque eiusdem eccleſie canonicis. Hiltiberto prepoſito. Wernhero decano. Herimanno cuſtode de rohelingen. Utone prepoſito de ſancto Mauritio. Sigebotone archidiacons de wolfpach. Wernhero archidiacono de Mantechingen. Erchengero archipresbitero de Strubingen. De miniſterialibus uero aderant. Adelbertuſ dapifer de lutrcheſhouen. Marquardus camerarius. Wernheruſ de Inningen et frater eius Hartmannus. Erchenbolt de Rechenriet et filii eius duo Magiens et Heinrich. Adelhoch et Liutfrit de ſulſcebach. Sigemar. Willehalm et Rydinc de Wezzinscella. facta sunt autem hec. Anno Millesimo C. XXI.

XIX.

Circ. an. 1123. 31. Maii.

Calixti II. P. Breve ad clerum et populum August. de suscipiendo Hermanno episcopo.

Vide Khammii hierarch. august. I. p. 198. (Coll. Pl. Br.)

XX.

Anno 1125. 27. Novembris. Ratisbonae.

Lotharius Rom. rex Hermanno episcopo donationem abbatiae Burrae, ab Heinrico V. imperatore factam, confirmat.

Edit. in Mon. B. Vol. XXIX. P. I. p. 248.

XXI.

Anno 1129. 13. Martii.

Hermannus ep. capellam quandam ecclesiae St. Mariae tradit.

In nomine. sancte. et individue. Trinitatis. Herimannus. dei. gracia. sancte. augustensis. ecclesie. episcopus. Nouerint omnes fideles Chriſti. preſentes et futuri. qualiter nos capellam quandam in honorem Sancti Sepulcri (a quodam martino et) a) a quibuſdam bone uoluntatis hominibus. in locis ad nos pertinentibus conſenſu noſtro conſtructam. contradimus et delegamus iuxta peticionem eorundem hominum et iuxta ecclefie noſtre conſilium. ad altare Sancte dei genetricis uirginis Marie. quod eſt in Ciuitate

auguſta. in Matrice Eccleſia contradimus inquam eiuſdem eccleſie fratribus et omnibus eorum ſucceſſoribus in manus Chvonradi prepoſiti et Wernheri decani. et Sygebotonis archidiaconi. data eis omnimoda poteſtate. vt ipſi ſecundum uoluntatem et conſenſum priorum. idoneum in predicta capella eligant et conſtituant preſbiterum. qui iuxta eccleſiam manſionem habeat. et ibidem continuus maneat. Hic autem cum tali cautela conſtituendus eſt ab eis. ne uel ab ipſis uel a preſignato preſbitero ulla inferatur iniuria uicinarum eccleſiarum preſbiteris de Sancto Mauricio et Sancto Vodalrico. ita uidelicet vt ſacerdos capelle in eorum parrochiis nilchil penitus procurandum sibi aſſumat. quod ad eorum cuſtodiam et iuſticiam iuſte pertineat. tam in carnalibus. quam in ſpiritalibus. niſi forte fiat eorum rogatu et conſenſu et uoluntate. quod eciam leguntur. Canones concedere. Decreuimus quoque et inmobiliter ſtatuimus. quatinus preſbiter capelle ad aram Sancte Marie uirginis perſoluat biſancium auri ſingulis annis in Die Dominice Reſurrectionis in ſignum debite ſubiectionis. ad confirmandam uero preſcriptam tradicionem et conſtitucionem. iuſſimus hanc epiſtolam conſcribi et ſigillo noſtro conſignari. ascriptis eciam teſtibus qui hec uiderunt et audierunt. Ex fratribus. Chvonrat auguſtenſis Prepoſitus. Wernhere decanus. Sygeboto archidiaconus. in quorum manus tradicio facta eſt. Vto Prepoſitus de Monaſterio Sancti Mauricii. Heinrich. Wernhere. Hildipreht archidiaconus. Gerloch. Syzo. Wigolt. Erchanperht. Perhtolt. Dieterich. Marquart. Sigefrit. Egilolf. Swigger. Kvonrat. Gerbolt. Heriman. Ex miniſterialibus. Vodalrich de Huſen. Uodalrich de altheim. Sygevolch. Marquart Camerarius. Marquart de Oberndorf. Ex conciuibus. Marti. Rvotperht. Hezil. Adalbero. Adalgoz. Perhtolt. Acta uero sunt hec. Anno. Dominice Incarnationis. M. C. XX. VIIII. Indictione VIII. III. idus Marcii. Regnante romanorum rege Lothario.

Decrevimus *b*) eciam eundem martinum praedicti loci fundatorem qui prefate ecclesie dando praedium ſuum subuenit. omnibus ſuis relictis illi loco adhesit. quem eciam nos in consortium nostre fraternitatis suscepimus in eodem loco dum vixerit ſustentari. et in nulla repulsa penitus conturbari. puerum

eciam ſuum martinum ad eundem titulum sacerdotem ordinari. Huius rei testes ſunt predicti fratres.

a) Haec verba ſunt alia manu et atramento, litteris vero coaevis ſcripta ſuper lineam.

b) Sequentia a tergo diplomatis, alia quidem, ſed tamen manu coaeva ſcripta sunt.

XXII.

Anno 1130.

Herimannus episcopus praedium quoddam in Sulzimos, a Schyrensibus monachis per manum advocati eorum Ottonis Palatini comitis pro quibusdam decimis ſibi contraditum, ecclesiae coll. in Hegebach donat.

Vide Khammii h. aug. II. p. 104. (Coll. Pl. Br.)

XXIII.

Circ. an. 1130.

Hermannus ep. mulierem quandum cum eiusdem pueris unaque huba ad Otkerisheim ecclesiae Pataviensi tradit.

Ex chart. Passav. Ed. in Mon. B. XXIX. P. II. p. 253.

XXIV.

Circ. an. 1132.

Epistola Herimanni episcopi ad Ottonem Babenbergensem episcopum de Lothario Rom. rege.

Ap. Eccard ſcript. T. II. p. 364. (Coll. Pl. Br.)

XXV.

Anno 1143. 10. Martii. Augustae.

Waltheri episcopi ſtatutum, ut in posterum decanatus et archidiaconatus dignitas ac St. Nicolai capellania in una eademque persona sint unitae.

In nomine. domini. nostri. Jesu Christi. Waltherus. dei. gracia. augustensis. ecclesie. episcopus. Omnis omnino dignitas. ac poteſtas quanto maiori premitur et grauatur onere ac labore. tanto ampliori exaltanda et muneranda eſt reuerentia et honore. Quo contra huiuſce matricis eccleſie decania inuenta et hucuſque ſemper habuiſſe plus preſſure et grauaminis. minus gracie uel conſolationis. plus oneris et laboris. minus reuerencie uel honoris. Unde nimirum contigit quod hec eadem prelatio nimis inſtabilis hactenus fuerit. quamuis huius prelationis ſtabile miniſterium. in omnibus clauſtris maxime ſit neceſſarium. Quippe cum canonica diſciplina et clauſtralis religio omnis omnino pendeat. ac pendere debeat. poſt epiſcopum in ipſo decano. Hac igitur inſpecta neceſſitate. hac pre oculis habita utilitate. ut amodo in perpetuum decani perſona et officium debito polleat honore et ſtabilitate. legitimo uigeat robore et libertate. ſtatuimus firmiter. et firmamus ſtabiliter. communi preſidentium conſultatione. unanimi fratrum ſubſcriptione. quatinus una et eadem perſona amodo in antea ſit. et matricis eccleſie decanus. et ciuitatis archidiaconus. ut cum

utraque dignitas in unam et eandem perſonam concurrat. ſine diſceptatione altera alteri ſuffragetur et ſuccurrat. reuerentiam pariat. et robur acquirat. et ſic utriuſque dignitatis ac poteſtatis magis ac magis roboretur auctoritas. perſeueret utilitas. Preterea ipſi quoque canonici ex parte ſua cupientes honorare decanum. de hoc omnes conuenerunt in unum. ut ipſe decanus Agilwardus et omnis ſucceſſor eius legitimus capellam ſancti Nicolai que *iuris* eſt eorundem canonicorum procuret et adminiſtret. ſaluo tamen per omnia ſtipendio et oblatione ipſorum. ut ſtatutum eſt illis de reditibus capelle ſingulis annis. Et nunc hodie ſub teſtimonio Chriſti et eccleſie o dilecte fili Agilwarde in te unum congerimus tria hec. uidelicet huius ſancte matricis eccleſie decaniam et ciuitatis archidiaconatum. et ſancti Nicolai capellaniam. Hec inquam tria in te unum congerimus. his tribus canonice inueſtientes te eorundem priuilegium conferimus. non ſolum tibi ſed et omnibus legitimis tuis ſucceſſoribus. ea lege et tenore. ut in una et eadem decani perſona ſimul maneant hec tria in perpetuum inſeparabilia. Et *ſiquis forte* ſucceſſor tuus que ſua ſunt querens decanie *quidem laborem* ſubterfugere. ſed archidiaconatus et capel*lanie honorem retinere* uoluerit. hac ipſa ambitioſa et praua cordis *ſui cupiditate* ſemetipſum prodidit et indignum oſtendit. omni *eccleſiaſtica* dignitate. Ea propter auctoritate dei ſanccimus in*mobiliter*. ut omnis qui reliquerit decaniam. ſimul relinquat et nullatenus obtineat predictum archidiaconatum. et capellaniam. nec ſentiat beneficium. qui recuſat officium. Sed ille qui indigno. digne ſubrogatur. ad onus et laborem. conſequatur et percipiat integrum et inconuulſum commodum et honorem. Quoniam uero omne quod ſcribitur teſtamentum. rerum geſtarum continet noticiam. fidem. memoriam et firmamentum. hanc preſentem paginam conſcripſimus et conſignauimus. ne quis in poſterum hanc noſtre conſtitutionis celebritatem poſſit diſſimulare aut ignorare. uel ullatenus preſumat infringere uel inmutare.

Acta ſunt hec in capitolio matricis eccleſie in auguſta ciuitate audientibus et uidentibus et unanimiter conlaudantibus canonicis omnibus quorum nomina ſubſcripta ſunt. Kvonrat uicedominus. Heriman theſaurarius. Erchenger archipreſbiter. Kvonrat archi-

preſbiter. Pertholt cellerarius. Dietericus camerarius. Sigeboto plebanus. Eberhart ſubdiaconus. Sigefrit ſubdiaconus. Kvonrat ſubdiaconus. Marquart diaconus. Rvdiger notarius. Heriman diaconus. Gerbolt preſbiter. Rvoperht diaconus. Otto. Friderich. Marquart. Gerloch. Sigefrit. Friderich diaconus. Item Friderich ſubdiaconus. Et tota ſimul congregatio. Acta quoque ſunt hec Anno dominice Incarnationis. milleſimo C. XL. III. Indictione VI. VI. Idus Martii. Regnante Kvonrado rege tertio. Preſidente Innocentio papa.

XXVI.

Anno 1143. 24. Septembr. Augustae.

Waltherus ep. traditionem curiae in majori Offingen, a miniſterialibus ſuis Diepolt et hujus matre Svizila ecclesiae baptismali in minori Offingen factam, confirmat.

In nomine sancte. et. indiuidue. trinitatis. Waltherus. dei. gracia. augustensis. ecclesie. episcopus. Notum eſſe cupimus omnibus tam futuris quam preſentibus. qualiter quidam miniſteriales eccleſie noſtre Diepolt uidelicet et mater ſua Svizila nomine. quandam proprietatis ſue curiam ſitam in maiori offingen forenſi eccleſie ab occidente contiguam. per manum cuiuſdam miniſterialis noſtri Ebonis de meridionali porta ciuitatis. conſenſu et collaudatione noſtre epiſcopalis. firmiter et immobiliter contradiderunt in dotem perpetuam ad baptiſmalem eccleſiam in minori offingen ſitam. obtentu et paratu dilecti filii noſtri et decani Brunonis eiuſdem eccleſie ſacerdotis. qui eandem preſcriptam curiam quadam nominata et conlaudata pecunia id eſt quatuor talentis monete auguſtenſis liberaliter ſatis et accurate proprie eccleſie comparauit et ſuis dotalibus poſſeſſionibus legitime et commode adunare curauit. Et quoniam prefata curia quamdiu fuit in manu et poteſtate laicorum multis retro temporibus multarum cauſa erat rixarum et rapinarum et fomentum incendiorum et homicidiorum.

nos quantum in nobis eſt huiuſmodi incommoda et dampna in poſterum precauentes et pacem eccleſie pro poſſe noſtro fauente deo ſollicite munientes. predictam traditionem et coemptionem approbamus. et ratam tenemus. et omnimodis confirmamus. precipientes auctoritate. dei omnipotentis. patris. et filii. et ſpiritus ſancti. ut nulla eccleſiaſtica ſecularisue perſona prenominatam curiam. in alios uſus deſtinare. diſtrahere. uendere. uel commutare. uel aliquo modo alienare preſumat. quatinus ſupradictus filius noſter et decanus Bruno. nec non omnis ſucceſſor eius legitimus in ipſa predeterminata curia. dotalem et ſacerdotalem habeat manſionem et hoſpicium. amodo omnibus futuris temporibus in perpetuum. Ut autem hec traditio et coemptio ſemper inconuulſa et immobilis permaneat. hanc cartam conſcribi et conſignari fecimus. hoc inſuper adicientes. ut quicumque hanc diuine auctoritatis inuiolabilem conſtitutionem temerare preſumpſerit. niſi preſumptionem ſacrilegam condigna ſatiſfactione correxerit. in ultimo examine deo iudice anathema ſit. Omnibus autem *eidem eccleſie* ſua iura fideliter conſeruantibus. *gracia et pax* a deo patre nostro et domino ieſu chriſto. *Huius rei teſtes* ſunt ex canonicis matricis eccleſie. Reginhart *archipreſpiter*. Aegilwart archipreſbiter. Erchinger archipreſbiter. Werinher archidiaconus. Herman theſaurarius Chvonrath archipreſbiter. Rupreht. Ex miniſterialibus. Witigoe prefectus. Arnolt camerarius. Wimar caſtinarius. Heinric dapifer. Marquart de porta aquilonari. Chvonrat maior uillicus. Algoz.

Acta ſunt hec in preſentia noſtra in ciuitate Auguſta. Anno dominice Incarnationis Milleſimo C. XL^{mo}. III. Indict. VI. oct. Kal. octobris. Regnante Kuonrado rege. II. Preſidente papa Innocentio II.

(Sigillum impreſſum maxima ex parte inviolatum.)

XXVII.

Anno 1143. 26. Novembr. Laterani.

Celestinus II papa capitulo ecclesiae Aug. omnes poſſeſsiones et bona confirmat.

Celeſtinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Sigefrido Prepoſito. ceterisque Canonicis Auguſtenſis maioris eccleſie tam preſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis in Perpetuum. Commiſſe nobis apoſtolice ſedis auctoritas nos hortatur. ut locis et perſonis eius auxilium deuotione debita implorantibus. tuitionis preſidium impendere debeamus. Quia ſicut iniuſta petentibus nullus eſt tribuendus effectus. ita legitima et iuſta poſcentium non eſt differenda petitio. Eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. et beate dei genitricis ſemperque uirginis Marie Auguſtenſem eccleſiam in qua diuino mancipati eſtis obſequio. sub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascunque poſſeſſiones quecunque in preſentiarum bona iuſte et canonice poſſidetis. aut in futurum conceſſione pontificum. largitione regum. uel principum. oblatione fidelium. ſeu aliis iuſtis modis deo propitio poteritis adipiſci. firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus. et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Strubingen. Giſenhuſen. Aitingen. Item Aitingen. Muron. Sigelbach. Gerſhouen. Lanchwate. Biberbach. Mardingen. Altheim. Lebezzingen. Ecke. Flinhuſen. Reginbolteshouen. Almintingen. Powele vineta in Bozon. Preterea honores eccleſiaſticos et quascunque prelationes in ipſa eccleſia rationabiliter hactenus habuiſtis. uobis nichilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. ſeu aliquibus uexationibus fatigare. sed omnia integra conſeruentur. eorum pro quorum gubernatione et ſuſtentatione conceſſa ſunt. vſibus omnimodis

profutura. Salua epiſcopi ueſtri canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſque perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens. contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo, tertioue commonita. ſi non ſatisfactione congrua emendauerit. poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri iehſu chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus. ſit pax domini nostri iehſu chriſti. quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN. amen. AMEN. Ego Celeſtinus catholice eccleſie epiſcopus ss. Konradus Sabinenſis epiſcopus ss. Ego Theodewinus Sancte Rufine epiſcopus ss. Ego Stephanus preneſtinus epiſcopus ss. Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bachi ss. Ego otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad uelum aureum ss. Ego hubaldus diaconus Cardinalis Sancte marie in via lata ss. *Ego* Octauianus diaconus Cardinalis Sancti Nicolai *In* carcere *Tulliano* ss. Ego Gregorius preſbyter cardinalis *Tituli Caliſti ss. Ego* Thomas preſbyter Cardinalis tituli Veſtine ss. *Ego Petrus* cardinalis preſbyter Tituli ſancte Suſanne ss. Datum *Laterani per* manum Gerardi sancte romane eccleſie preſbyteri Cardinalis ac bibliothecarij. VI. kal. decemb. Indictione VII. Incarnationis dominice. Anno. MCXLIII. Pontificatus uero domini Celeſtini. II. pape. Anno primo.

XXVIII.

Anno 1145. 2. Novembris.

Waltherus ep. traditionem omnis juris in ecclesia Wihenberch, a nobilibus viris et fratribus Willehalmo et Arnoldo de Biberbach St. Mariae Augustae factam, confirmat.

Waltherus dei gracia auguſtenſis episcopus omnibus chriſtiane fidei amatoribus ſalutem. Officii noſtri debito conſtringimur ec-

cleſias atque perſonas et res eccleſiaſticas ſumma diligentia gubernare. et ne malorum hominum uexentur perturbationibus omni ſollicitudine prouidere. Eapropter omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe cupimus. qualiter Willehalm de Biberbach et frater eius Arnolt. nobiles uiri. totum ius ipſorum in eccleſia Wihenberch cum omni proprietate quam ibidem habebant. perpetue uirgini dei genitrici Marie apud auguſtam ſuper altare occidentale pro remedio anime ſue et parentum ſuorum deuote legitime et integre contradiderunt. Eo uidelicet modo et ratione ut religioſis perſonis communem uitam ducentibus. ibidem deo ſeruiendi libera ſit facultas. ſecundum quod canonici cathedrales in domino prouiderint. ipſeque Willehelmus eiuſdem loci ſit aduocatus. Hanc igitur traditionem quatenus in perpetuum firma et inconuulſa permaneat. auctoritate dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli roboramus. et preſenti ſcripti priuilegio communimus. Statuentes. ut quecunque perſona contra huius priuilegii paginam eandem eccleſiam uel eius bona. aut perſonas ibidem deo ſeruientes perturbare ſeu aliquibus moleſtiis fatigare preſumpſerit. ſi ſecundo. tertioue commonita non ſatiſfecerit. ab eccleſia dei et a ſacroſancto corpore et ſanguine domini noſtri Jesu Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cuncti uero eidem loco bene facientes premia eterne beatitudinis percipiant. Huius autem traditionis teſtes ſunt. prepoſitus Sigefridus. decanus Egiluuardus. cellerarius Pertholt. et ceteri quam plures canonici. Ex liberis. Dieterich et frater eius Eberhart de brenburc. Marquart de Chiſſingen. et Alhoch. Walthere de lvoben. Kvonrat de hagele. Miniſteriales eccleſie quam plures. Erchenger archipresbiter et cuſtos sancte Marie. Herman magiſter ſcolarum. Acta ſunt hec anno domini incarnacionis milleſimo C. XL. V. indictione VIII. IIII. Nonas nouembris.

XXIX.

Anno 1147.

Coram Walthero ep. nobilis vir Rudolfus de Spicenberch decimas quasdam ad ecclesiam Riumelingen pertinentes, quas idem eiusdemque parentes, fundatores et advocati ecclesiae dictae, hactenus jure proprietario poſsidebant, refutat.

Waltherus. per. dei. miſericordiam. auguſtenſis. epiſcopus. omnibus. chriſtiane. fidei. et religionis. amatoribus. ſalutem in domino. Sanctorum patrum auctoritati conſentaneum eſt. equitati quoque et racioni conueniens eſſe cognoſcitur. ut qui per diuinam miſeracionem ad eccleſiarum regimen licet indigni ſumus aſſumpti. ſuam eccleſiis et eccleſiaſticis perſonis dignitatem et iuſticiam conſeruemus cunctaque uenerabilium perſonarum et locorum bona diuino patrocinio a prauorum et iniquorum hominum tueamur nequicia. Decimas autem in uſum pietatis eſſe conceſſas et ſacerdotum iuri eſſe tributas apoſtolica demonſtrat auctoritas. ipſasque a laicis poſſideri crimen eſt ſacrilegii. Ea propter omnibus chriſtiane fidei et religionis amatoribus tam futuris quam preſentibus notum eſſe cupimus. qualiter nobilis quidam uir Ruodolfus de ſpicenberch. quaſdam decimas ad eccleſiam Riumelingen pertinentes. quas tam ipſe quam parentes ſui quoniam fundatores et aduocati eiuſdem eccleſie ſunt et fuerant, hactenus hereditario iure poſſidebant. tum propter diuinam et noſtram ammonicionem. tum propter multum ſacerdotis eiusdem eccleſie Ludewici obſequium. in manus archidiaconi noſtri Egilwardi quem ad hoc deſtinaueramus. tamquam in manus noſtras libere cum uxore ſua Adelheida et filiis ſuis Uodalrico Ludewico et Cotefrido refutauit. delictumque ſuum et parentum ſuorum recognoſ-

4*

cens. cum poſtulacione uenie eaſdem decimas predicte eccleſie eiusque tum preſenti tum futuro ſacerdoti cum omni iuris integritate restituit. Quia igitur que iuſte facta ſunt literarum debent memorie commendari ne malorum hominum ualeant refragacione perturbari. ideo ad predicti facti perpetuum firmamentum preſentis carte inſtrumentum ſigilli nostri impreſſione communitum conſcripſimus. ſtatuentes ut nulli omino hominum liceat prefatas decimas a predicta eccleſia auferre uel ablatas retinere. ſed omnino ipſe ille decime uſibus ſacerdotis illius eccleſie ad cuius ſuſtentacionem et gubernacionem pertinere noſcuntur ſint profuture. Si qua uero quod abſit eccleſiaſtica ſeculariſue perſona in futurum contra huius noſtre pagine conſtitutum ſcienter ueniens temere illud perturbare temptauerit. ſecundo tercioue commonita ſi non ſatiſfecerit ream ſe diuino iudicio exiſtere cognoscat, et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat et perpetuo anathemati ſubiaceat. Cunctis autem eidem eccleſie eaſdem decimas conſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus et hic fructum bone accionis percipiant et in futuro premia eterne remuneracionis inueniant. Facta ſunt hec anno dominice incarnacionis mill. C. XL. VII. Indict. XI.

XXX.

Circ. an. 1148.

Waltheri episcopi donatio ecclesiae august. facta.

Vide Pez thesaur. anecdot. Vol. V. p. 2040. (Coll. Pl. Br.)

XXXI.

Anno 1149.

Heinricus Ratisponensis episcopus feminam Juditam, ministerialem ecclesiae St. Petri Ratisponae, a quibusdam injuste angariatam, a jure miniſterialis conditionis perturbare vetat.

In nomine. sancte. et indiuidue. trinitatis. Heinricus. dei. gracia. Ratisponensis. eccleſie. episcopus. Nouerint omnes fideles Chriſti. preſentes et futuri. qualiter quedam femina ivdita nomine miniſterialis eccleſie ſancti petri in ciuitate ratiſpona a quodam. P. et filiis eius. M. et W. uiolenter angariata et ſeruire coacta. querelam ſuam in preſentia noſtra depoſuit. Unde nos eidem cauſe diem et locum preſcripſimus prefatoſque homines eodem uocauimus. Ipſis uero *tamquam* cauſe ſue diffidentibus ad diem prefixum nec *uenientibus nec reſponſalem* mittentibus. prefata femina conditionem *ſuam. et libertatem* miniſterialium ſe habere euidenter comprobauit. aſſiſtentibus ſibi et ſub iureiurando. immo per omnia prout ordo ſecularis iudicii exigit teſtimonium perhibentibus pluribus cognatis et conminiſterialibus ſuis. Nos ergo laboribus eiuſdem femine pro debito noſtro compacientes. et non ſolum ipſi ſed etiam poſteritati eius prouidentes. preſentis ſcripti pagina eam communimus. Nulli ergo ſucceſſori noſtro. nulli uel eccleſiaſtice uel ſeculari perſone liceat prefatam feminam uel prolem ipſius in beneficium preſtare uel recipere. uel aliquo modo a iure miniſterialis conditionis unquam perturbare. Si quis igitur huic noſtre conſtitucioni temere contra ire preſumpſerit ſecundo tercioue commonitus. ſi non preſumptionem ſuam debita ſatiſfactione correxerit. auctoritate beati petri uinculo anathematis eum obligauimus. Nomina quoque teſtium qui hec uiderunt et audierunt aſſcribi precepimus. vodalricus uicedominus. et frater ejus ſigihardus. *Hillihalmus*. et fratres eius. Perhtoldus. Hartwicus.

Ebo et frater eius Arnoldus. Rvobertus et filius eius Burchardus. Hartwicus de tanna. Ebo paruus. Livtwinus. et filius eius livtwinus. Gotſcalcus. Hartwicus de ſuningen et alii multi nobiles et miniſteriales. Acta uero ſunt hec anno dominice incarnationis M. C. XL. VIIII. Indictione XII. preſidente Eugenio papa III. Regnante Chvonrado rege IIII.

XXXII.

Anno 1150. 4. Septembris.

Waltherus translationem domus hospitalis S. Crucis confirmat eandemque bonis ditat.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen. Waltherus Dei gratia Sancte Auguſtenſis Ecclesie Episcopus dilectis in Christo filiis pauperibus et peregrinis in hospitale ſancte Crucis[a]). eorumque ſuccessoribus in perpetuum. Omne quod ſcribitur testamentum rerum gestarum representat memoria fidem atque munimentum. vnde ne possit abolere violentia perfidia vel oblivio. quod ſalubriter ordinavit pietas. fides et religio. Notum esse volumus catholicis omnibus hospitale ſancte Crucis primitus initiatum a quodam felicis memorie Walgero. qui pro remedio anime ſue villam ſuam Madelgereshusen [b]) et alia quedam adiacentia loca contradidit ecclesie ſancte dei genitricis Marie ad honorem ſancte crucis in quotidianum ſtipendium duodecim pauperum. Postea vero ſancte recordationis beatus Vdalricus Augenstensis Episcopus, cui nos indigne ſuccessimus. prenominatis duodecim pauperibus certam ſedem vbi commanerent. tunc non habentibus infra murum vrbis hospitalem domum eis dedit. decimasque de agris et hortis ſuburbanis ad idem hospitale pia devotione contradidit. Concessit etiam eisdem pauperibus in elemosinam decimam totam in Schiſpesheim [c]) ac decimas de dotalibus agris ecclesie et tribus hubis in Steppach cum aliis quibusdam decimis de rure. quas adhuc possident quiete. Novissime vero nos eiusdem ſacri Praedeces-

ſoris noſtri veſtigiis pro poſſe inherentes et hospitalitatis gratiam cum ipso Domino conſequi cupientes eandem hospitalem domum transtulimus alias in aptiorem et ampliorem locum in ſuburbio ad conſolationem peregrinorum ac pauperum. contradantes ad idem hospitale Auguſte hubam integram ac dimidiam cum decimatione ſua et hortum vnum civitati contiguum. in quo nunc idem hospitale et oratorium ſancte crucis videtur constructum. Concessimus etiam eidem hospitali in Overhusen d) hubam unam cum decima ſua. in Bobingen decimam de huba vna. in Waingen decimas de quinque hubis. In Muntechingen e) decimas de duabus hubis et dimidia. Decimas quoque in Madelgereshusen. quas a tempore ſancti Vdalrici quiete poſſediſſe noscitur. eidem hospitali auctoritate Episcopali confirmamus. Hanc vero prediorum et decimarum concessionem et confirmationem. necnon eiusdem hospitalis translationem et ampliationem fecimus consensu et conlaudatione Canonicorum maioris ecclesie. ſimulque auctoritate Celestini Pape ſecundi cuius hodie ſuper eandem hospitalem domum evidens *extat privilegium* nostre persone datum anno dominice *incarnationis* Millesimo Centesimo Quadragesimo tertio. *Nos quoque eorum*dem pauperum Christi precibus inclinati. ne *quid praetermissum* videatur. predictum hospitale preſentis ſcripti *pagina* communimus. Inprimis ſtatuentes. vt in eadem hospitali domo. hospitalis gratie neceſſitudo ſicut a beato Vdalrico et nobis constitutum eſſe noscitur. perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. ita videlicet vt non ſolum duodecim certi pauperes prebendarii certa quotidie ſtipendia recipiant. ſed et peregrini vel hospites egeni prout facultas ſuppetit. ex hilaritate conſolationem inveniant. Sancimus quoque quascunque poſſeſſiones. quecunque bona idem hospitale in preſentiarum iuste poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione. Principum oblatione fidelium ſeu aliis quibuscunque iustis modis. deo propitio. poterit adipisci. firma ipsi et inconvulsa permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda. In Tatenhoven f) hoba vna. In Maingrindel g) hoba vna. In Pergen hoba vna. In Bobingen hoba vna. In Gershoven hoba vna cum ceteris omnibus bonis vel personis a prefato Walgero

et Sancto Vdalrico et a nobis novissime eidem hospitali concessis vel oblatis. Vt autem predicti hospitalis pauperes quiete vivere. deoque ſervire valeant. ab omni exactione rerum temporalium liberos esse et quietos eos amodo et vsque in ſempiternum decernimus. ſalva nimirum matricis ecclesie reverentia. Nulli ergo ſuccessorum nostrorum. nulli omnino hominum liceat predictum hospitale temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. ſed omnia integre conserventur. peregrinorum ac pauperum Christi fidelium vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica ſecularisque persona huius nostre constitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit. ſecundo tertiove commonita. ſi non ſatisfactione congrua emendaverit. ream ſe divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem hospitali iusta ſervantibus ſit pax domini nostri Jhesu Christi. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et in futuro apud districtum iudicem premia eterna inveniant. Amen. Amen. Amen. Quoniam vero ſiducia magna erit coram ſummo Deo elemosinam omnibus qui faciunt eam huic actioni et elemosinarum largitioni dilecti ſilii nostri maioris ecclesie canonici benignum et vltroneum prebuerunt assensum recepturi a Domino vna nobiscum pie devotionis fructum. quorum nomina ſubſcripta ſunt. Sigefridus Prepositus. Erkangerus Thesaurarius. Bertholdus Cellerarius. Herimanus Plebanus. Herimanus Camerarius. Agilwardus Archipresbiter. Chunradus Archipresbiter. Heinricus Archipresbiter. Eberhardus Prepositus. Sancti Cyriaci *h*). Rvotpertus Prepositus Sancti Petri. Fridericus Diaconus. Reginboldus Diaconus. Chunradus Subdiaconus. Gerlochus Subdiaconus. Sigefridus Subdiaconus. Adalbertus Subdiaconus. Otto. Wernhere. Gisilhere. Olscalc. Tietrich. Bertholt. Chvnrat. Gerbolt diaconus. Rudigerus qui ſcripsit hec.

Acta ſunt anno dominice Incarnationis Millesimo. Centesimo. Quinquagesimo. Indictione XIII. II. Non. Septembris. Presidente Eugenio Papa tertio. Regnante Chunrado Romanorum Rege quarto.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

a) Augustae.
b) Margartshausen prope Schönenfeld.
c) Schlipsheim ad Schmutteram.
d) Oberhausen ad Vindam.
e) Schwabmenchingen.
f) *Forsan* Tetenhofen in cap. Landsberg.
g) Maygrün in Reischenau.
h) In Wiesensteig.

XXXIII.

Anno 1150.

Waltherus episcopus ecclesiam Holzheimenſem, ab hujus sacerdote Agilwardo restauratam, ampliatam et propriis impenſis adornatam communit.

In nomine domini. Waltherus. augustensis. epiſcopus. dilecto. *in christo.* filio. agilwardo. holzheimenſi. ſacerdoti. eiuſque. ſucceſſoribus. canonice. ſubſtituendis. in perpetuum. Cure paſtoralis officium nos ammonet. et caritas chriſti nos urget. ut et conatibus Iniquorum in ſpiritu fortitudinis repagulum diſtrictionis opponamus. et uotis piorum in ſpiritu manſuetudinis aminiculum ſubuentionis opponere ſatagamus. Quam ob rem dilecte in domino fili Agilwarde holzhemmenſem eccleſiam cui auctore deo prefides. quam et uetuſtate et negligentia collapſam. tu pro bona uoluntate a fundamento in melius reſtauratam ampliaſti. et propriis impenſis adornaſti. Hanc inquam eccleſiam tuam preſentis ſcripti pagina communimus. et ut conſeruetur eadem domus dei inmaculata in eternum a domino. epiſcopali eam banno auctore deo firmiter communitam eſſe volumus. Inprimis ſiquidem immobiliter ſtatuentes. et ſub anathemate interdicentes. ut nulla umquam ſecularis perſona. eandem eccleſiam aut cimiterium eius terrennis

habitationibus occupare. vel munitionibus aliquibus incaſtellare preſumat. ita uidelicet. ut preter communem et publicum introitum. nullus aliunde priuatum ingreſſum habeat. Sanctimus etiam ut quecumque bona. quaſcumque perſonas quaſcumque poſſeſſiones. quaſcumque decimas eadem eccleſia in preſentiarum canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione pontificum. largitione principum. oblatione fidelium. ſeu aliis quibuſcumque iuſtis modis deo propitio poterit adipiſci. firma tibi tuiſque ſucceſſoribus et illibata permaneant. Adicientes inſuper. vt quecumque bona. quaſcumque oblationes. ſiue in libris ſiue in cortinis. ſeu in aliis ſacris veſtibus uel utenſilibus tu ipſe eidem eccleſie contuliſti. nullus ſucceſſorum tuorvm uel noſtrorum et nullus omnino hominum aliquid exinde minuere uel auferre preſumat. ſed omnia integre conſeruentur tuis tuorumque ſucceſſorum uſibus profutura. Si quis igitur huic noſtre conſtitutioni temere contra ire temptauerit. ſecundo tertioue commonitus. ſi non preſumptionem ſuam congrua ſatiſſactione correxerit. reum ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat. atque a ſanctiſſimo corpore et ſanguine dei et domini noſtri iehſu chriſti alienus fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem eccleſie ſua iura ſeruantibus gratia et pax domini noſtri iehſu chriſti. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia ſalutis eterne accipiant. Preſidentes eccleſie noſtre conſenſervnt et conlaudauerunt. Sigifridus prepoſitus. Cvonrat uicedominvs. Erkanger theſaurarius. Herimannus camerarius. Perhtolt celerarivs. ceterique canonici. Otto de habechiſburc. Egilolf. Eberhart. Otto. Marquart. Sigifrit. Rvodeger. Friderich. Werinhere. Sigifrit. Cvonrat. Rvopreth. Adelpreht. Dieterich. Pertholt. Giſilhere. Cvonrat. Walthere. Herimannus plebanvs. frater eius Vodalricus. Reginboldus. Gerboldus. Heinricus. Willehalmus. Herimannus. et frater eius Heinricus. Erkangerus. et Gerboldus.

Acta anno Incarnationis Dominice. Milleſimo. C. L. Indictione XIII. Preſidente Eugenio papa. III. Regnante Cvonrado Rege IIII.

XXXIV.

Anno 1156. 17. Septembris. Augustae.

Conradus ep. testatur abbatiſsam in Chubach contra abbatem St. Udalrici et Palatini comitis Ottonis miſsos vicarios probasse ecclesiam, quae dicitur Ecchina, per se matricem esse, non filiam ecclesiae in Eichach.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. ego Cvonradus dei gracia auguſtenſis ecclesie episcopus Adelhaide. abbatisse dilecte in Christo filie et omnibus eius successoribus abbatissis in monasterio Chubach. in perpetuum. Quia deo avctore nomine atque officio eccleſie dei indigni preſidemus. eccleſiis uel uenerabilibus locis tuicionis noſtre preſidium debita deuotione poſtulantibus. graciam atque ſubſidium in quantum poſſumus libenter impendere debemus. Noticie itaque poſterorum inſinuamus quod nos in generali capitulo reſidentes cum choro maioris eccleſie et celebri ſpiritalium patrum preſentia ac innumera multitudine reliquorum ſacerdotum. atque clericorum uel magna nobilium atque illuſtrivm uirorum frequentia. queſtionem ortam de eccleſia que Ecchina dicitur audiuimus. et auditis atque diligenter hinc inde recognitis. allegationibus utriuſque partis. congruo fine negotium terminauimus. Denique domnus abbas ſancti vodalrici Hezelo et palatini comitis Ottonis. in hoc negocio miſſi uicarii. conteſtata lite per patronos cauſarum. pro predicta eccleſia aduerſus domnam abbatiſſam de Chuobach Adelheidam ceperunt litigare. uolentes eandem eccleſiam quaſi matricis eccleſie de Eichach filiam comprobare. Sane domna abbatiſſa eccleſie predicte libertatem ac ipſam per ſe matrem eſſe iuſticie firmitate et ueritatis tenore. legitimo teſtimonio comprobauit. Nomina autem teſtium hec ſunt. Vodalricus preſbiter de moringen. Meinhart preſbiter. Otto preſbiter. Disthmar preſbiter. Cvonrad

preſbiter. Merboto laicus. Eapropter recognita iuſticia ſupra dicto monaſterio Sancti magni predicte eccleſie libertatem deo auctore perpetuo iure confirmamus. et huius ſcripti noſtri manifeſta atteſtatione communimus. et quicumque auſu temerario huius conſtitucionis noſtre decretum irritare uoluerit eterne dampnationis reum excommunicatiónis perpetue uinculis innodamus. Signum propria manu ſubſcribimus. Dat. Auguſte VX. (sic) Kalend. Octobris Anno dominice incarnacionis. M. C. L. III. anno autem Domni Anaſtaſii pape I. Anno vero domni Friderici regis II. Indictione tercia.

XXXV.

Anno 1153.

Donatio praedii cujusdam in Ahsuen per Brunonem decanum, ecclesiae St. Viti in Hurnehem facta.

In nomine sancte et individue trinitatis. Manifeſta litterarum. hac deſcriptione. uel teſtamenti preſentis ueridica atteſtacione propter future diſſenſionis uel ignorantie lites precauendas. tam impreſentiarum exiſtentibus quam impoſterum ſuper uenientibus notificare. et manifeſtare memoriter decreuimus. qualiter quedam uidua. cum natis ſuis tributaria ad baſilicam in ſnaeiten. penuria annone aliquando conſtricta predium ſuum quod in ahuſen iure proprietatis poſſidebat. quatenus ſe paſcendo ſuſtentaret primitus quibuſdam pro pecunia ponebat. Poſtmodum vero iam dicta uidua pecunia eadem conſumpta. uel item inedia famis infecta. predium quod ante poſuerat ex integro ne famis periculo interiret uenundari diſponebat, Mercatus eſt autem ipſum predium Bruno decanus ad uiduam eandem quatuor talentis. inſuper et Burchardo homini libero de northuſen eiuſdem eccleſie in ſnaeiten. uel eiuſdem uidue patrono. conſilio et conſenſu paſtoris inibi ſeruientis et eccleſiam continentis precium trium talentorum in concambium eccleſie prefate. pro predio quod compararat ea conditione

contradidit. quatenus ipſe Burchardus ſacerdoti uel ſucceſſoribus ſuis decimam eccleſie iam prenominate quam retinuit remitteret quod uel ita peractum eſt. Nam idem ſacerdos dimidietatem decime eccleſie eiuſdem a predicto aduocato quaſi hereditario et proprietatis iure poſſeſſam. uel in ſumptus ſuos redactam aliis ſeptem talentis additis et eidem donatis redemit uel in uſus ſuos et plebanorum ſubſequentium imperpetuum conſtituit. Facta autem hac coemptione rationabili, ipſum predium rogatu et aſſenſu Brunonis decani pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum per manus Burchardi eiuſdem predii aduocati. ordine legali et donatione ſollempni cum omnibus utenſilibus ſuis uidelicet curtis iugeribus pratis nemoribus paſcuis excultis et incultis. eccleſie in hurnehein in honorem beati viti martiris dedicate nullo contradicente uel obſiſtente donatum et delegatum eſt. uel per manus Rvdolfi nobilis hominis de hurnehein ipſius eccleſie in hurnehein aduocati ſecundum leges humanas uel iuſticiam ſecularem ſuſceptum. uel eccleſie eiuſdem proprietati uendicatum. Acta vero ſunt hec. anno incarnationis *dominice*. Milleſimo. centeſimo. Quinquageſimo. tercio. *Indictione* prima. Eugenio apoſtolico romani pontificatus *monarchiam feliciter* gubernante. vel rege Friderico romani *regni principatum* tenente et ſtrenue diſponente. Chvonrado *quoque* preſule uenerando. kathedre auguſtenſis eccleſie. canonice et laudabiliter preſidente Huius rei geſte. teſtes ſunt he perſone ueraces et idonee. ſcilicet Aigelwardus archipreſbiter. Ludewicus decanus de rivmelingen. Swiggerus ſacerdos de horeburg. Arnoldus preſbiter de teggingen. Item Arnoldus preſbiter de althein. Livtfridus preſbiter de ſmaehingen. Meingozus preſbiter de nordelingen. Hartwicus preſbiter de grozzeluingen. Radeboto preſbiter de tiningen. Chvono comes de otingen. Burchardus de erbach. Chvonradus de lvomingen. Hartwicus et Rvopertus de lierheim. Erchengerus de mammingen. Baldolfus de baldern. Adelbertus de habeltingen. Livtfridus de litebach. Hoholdus de tiſenhouen. Reinhardus. Heinricus. Marquardus. Berngerus de trohteluingen. Eberhardus et Otto de wellenwarte. Heinricus. Vodalricus. Livtfridus de holehein. Ludewicus de Giſelingen. Rvopertus de Zuppelingen. Ammo Buggo Hartwic Chvonrat.

Sigefrit de nordelingen. Willingus de Hochberch. Herman Eggehart Chvonrat Walther Marquart Wolſtrigel Beringer de bophingen. Rvodeger Heinrich Otto de chirchein. Herebrant, Adebreht de wulnelingen Rvodegerus de cazzunſtein.

XXXVI.

Circ. an. 1154.

Gerhoi relatio de dissidiis inter episcopum Cunradum capitulumque august. et fratrem eiusdem Rudigerum exortis.

Ap. Pez. l. c. p. 2041. (Coll. Pl. Br.)

XXXVII.

Circ. an. 1155.

Adrianus P. Cunradum episcopum ab canonicorum impetitione absolvit.

Ap. Pez l. c. T. V. P. I. p. 331. (Coll. Pl. Br.)

XXXVIII.

Anno 1156. 21. Junii. Nurenberc.

Fridericus I. Rom. imperator conſtitutionem Heinrici IV. imp. a. 1104. qua Hermanno olim episcopo et advocatis ecclesiae august. modus ponebatur, confirmat, cui confirmationi ex petitione Cuonradi tunc episcopi iura civilia episcoporum, civium, advocati et praefecti civitatis eiusdem subiungit.

Ed. in Mon. B. V. XXIX. P. I. p. 327.

XXXIX.

Anno 1156.

Perhtoldus ecclesiae august. canonicus quendam de propria ſua familia ſuper altare St. V. M. tradit.

Ex apographo capituli august. (Coll. Pl. Br.)

XL.

Anno 1157.

H. filiam Mengoti Hiltigundim St. Mariae in Augusta jure miniſterialium delegat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Cum omne teſtamentum certam et firmam faciat exhibitionem preteritorum idcirco ego. hainricus. hanc donationis mee cartam feci conſcribi. ut tam futurorum quam preſentium fides per eam ualeat roborari. qualiter ego . h . pro remedio anime mee. filiam mengoti hiltigundim ab iure mee proprietatis penitus abſolui. et eam ſancte marie in auguſta delegaui et ius miniſterialium illius ecclesie conquiſiui. hoc in preſentia plurimorum perpetuo sibi conceſſo. ut ea fruatur libertate. quam meliores illius ecclesie cognoſcuntur habere. hanc itaque donationem literis iuſſi notari. et anulo ecclesie ſigillari. ne quis facti mei oblitus audeat infringere. quod pro remedio anime mee conſtat me feciſſe. Teſtes ſunt. Sigefrit de donreſberch. Cvonrat. de erringin. diebaldus puer. witegou de richen. et filius eius witegou. Otto de bobingen. herman. wernher. Siboto. hainrich. liubolt. Acta ſunt anno. M. C. LVII. incarnationis dominice. indictionis quinte. friderico imperatore feliciter regnante.

XLI.

Anno 1159. 25. Maii.

Conradus ep. canonicis praedium cum ecclesia et decimis in Buole donat.

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus Dei gratia Auguſten. Ecclesie Episcopus. Notum esse volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter nos quedam dominicalia bona noſtra que quondam Comitis Heinrici fuerunt. Sed ipso rebus humanis erepto ad mensam noſtram redierunt. videlicet predium quoddam cum ecclesia et decimationibus tota in villa que vocatur Buole communicato ministerialium consilio. pontificali auctoritate concessimus et legitime contradidimus. in prebendale ſtipendium. dilectissimis in Chriſto domino fratribus noſtris matricis ecclesie canonicis. Statuentes vnanimi ipsorum in manum noſtram cum promissione vt quotienscunque extant iidem fratres noſtri et eorum ſucceſſores cum ordinaria processione regredientes in chorum occidentalem ſolempniter decantent antiphonam de Sancta Maria que ſic incipit. Alma redemptoris Mater. et ſubiungatur corone aliquam ob venerationem eidem domine noſtre perpetue virginis genitricis dei Marie cum recordatione nominis mei. ad consolationem peccatricis anime mee. ſive in vita ſive in morte. ita. quod nec feſtum impediat. quin ita fiat. Quoniam vero omne quod ſcribitur testamentum rerum gestarum continet notitiam confidem atque munimentum prefatam Episcopalem concessionem nostram per presentis ſcripti paginam representamus. certificamus. et confirmamus. Nulli ergo ſucceſſorum nostrorum nullique omnino hominum liceat predicta bona auferre vel ablata retinere. minuere vel aliquibus machinationibus convellere. ſed omnia integre conſerventur predictorum fratrum nostrorum et ſucceſſorum ſuorum vsibus omnimodis pro futuro. Si qua igitur ecclesiastica ſecularisve

persona huius nostre constitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit. ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit ream ſe divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. atque in extremo examine districte vltioni ſubiaceat. Huius rei testes ſunt. Hecilo abbas ſancti Vdalrici. Rudiger decanus. Erchinger Sacrista. Bertholt Cellerarius. Hermannus plebanus. Conrat Archipresbiter. Sigefrid Archidiaconus. Gisilher pbr. Conrat oblarius. Timo Archipbr. Hermanus diaconus. Friderich diaconus. Reinbolt diaconus. Egilolf Subdiaconus. Otto Subdiac. Meginhart Scholasticus. Hartwic Subdiac. Adilpreht Subdiac. Item Adilpreht. Wilehelmus Subdiac. Gerunch Subdiac. Witegou Subdiac. Vdalricus maior villicus. Wortwin de Emerſacher. Arnolt Camerarius. Marquart Marchschalc. Marquart Boning. Diepolt Puer. Vdalricus de Engiſh. Burchart de Gradibus. Adalgoz Castinarius. Otto de Bobingen.

Acta ſunt hec anno dominice Incarnationis M. C. L. VIII. Indict. VII. VIIII Kal. Junii presidente Adriano papa III. Regnante Friderico Romanorum Imperatore I.

Ex Chartulario ecclesiae Cathedral. (Coll. Pl. Br.)

XLII.

Anno 1161. 26. Decembris.

Alexander Papa III. ecclesias in terris ducis Welfonis, in episcopatu Auguſtano ſitas, ab iurisdictione episcopi Augustani eximit.

Ed. in Monument. Boic. VI, 488.

XLIII.

Anno 1162. 23 Martii.

Pillungus de Katericheshusen miles, Hunoldum quendam cenſualem St. Mariae in Gunzeburch, quem ſervituti ſuae ſubiugare voluit, non infestare de cetero promiſit.

Quum rerum antiquitas obliuionem ſolet generare. et quia preteritorum recordationem diuturnitas fabit exſperare. quam ob rem utile duximus ea que apud hominum ſcientiam eſſe uolumus apicibus aſſignare. Sunt autem hec que litteris annotauimus et memorie tam futurorum quam preſencium teneri deſideramus. quod quidam miles pillungus de katerichehuſen quendam hunoldum qui diu fuit cenſualis ſancte marie in gunzeburch ſeruituti ſue ſubiugare uoluit. qui omnibus modis renitebatur. quia ex parentibus ſuis cognouit quod nullum ei ſeruitium exhibere debuit. tandem ad hoc peruenit. quod prefatus pillungus recognouit eundem. h. iniuſta ratione inpetiſſe. ea propter penitens iniurie. intuitu pietatis ab huius infeſtatione ceſſando eciam ſi quid iuris in eundem habere potuit. benigne coram multis auguſtenſi*um* ciuibus legitime remiſit. Hoc uero factum eſt anno dominice incarnationis. M. C. LX. II. indictione. X. et X. kal. aprilis. regnante imperatore. f. C. auguſt. eccleſie epiſcopo exiſtente. uidentibus et audientibus ſubſcriptis teſtibus. Canonici de choro. Sigefridus archidiaconus. et marquardus de hoſteten. Miniſteriales. arnolfus camerarius qui tunc temporis fuit in uice aduocati. et marquardus filius eius. Cunradus prefectus. cunradus de hurnenloch. Ciues. hainrich flucche. pertoldus helbelinch. hainrich der ſpinnelare. Dieterich uone berne. pertolth der waibel. Liuthfridus. Vodalricus urman. pernolth gozwin monetarius. anſhalm pellifex. wernher walich.

wernher de ouenbruſen. Volrich prûthhoch. Cuurath et cuurath et alter cuuradus. uendentes fenum. dûthcher. fetuns. centenarii. et alii multi qui tunc preſentes erânt.

XLIV.

Anno 1169.

Electio et vocatio ad parochiam ecclesiae St. Vodalrici et St. Afrae in Lechuelt contra episcopum August. abbati St. Vodalrici in capitulo matricis ecclesiae adiudicatur.

Ed. in Monument. Boic. T. XXII. 478.

XLV.

Anno 1173.

Circ. an. 1175. 30. Septembris.

Capitulum ecclesiae August. testatur a conventu in Wethenhausen predio quodam in Althain Wortwinum clericum inbeneficiatum eſse.

Ed. in Leutneri histor. Weſſofont. p. 214. (Coll. Pl. Br.)

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Sancte Auguſtenſis eccleſie capitulum. Cvi plus committitur plus ab eo exigitur. Inde eſt quod cum oculi omnium in nos tamquam informales et exemplares aliorum ſunt coniecti non ſolum veritatis aſſertores et patroni ſed et teſtes eſſe iubemur vnde notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus quod fratres noſtri in Chriſto conuentus ſcilicet de Wethenhuſen predio quodam quod in althain habuerunt quendam Wortwinum clericum communi conſenſu omnium cum omnibus attinentiis eiuſdem predii inbeneficiauerunt hoc ſcilicet pacto ut ipſe uſque ad finem vite ſue integre et (ſine) omni perturbatione eadem

bona poſſideret et annum poſt mortem ſuam cuicumque (reli)nquere uellet poteſtatem haberet. Statutum quoque eſt ut ipſe in memoriam (ejus)dem facti ſingulis annis denarium unum predictis fratribus pro tributo perſoluat. Ut igitur (omn)is pulſatio et tergiuerſatio in poſterum ſopiatur cartam preſentem iuſſimus conſcribi et ſigilli (noſtr)i inpreſſione fecimus inſigniri. Huius rei teſtes ſunt de choro. Otto cignus. Willehalm. Gerunc. burchart. Herchenger. Witegov. herman. Dieterich de tv(ni)ngen. Otto frater ſuus. philippus de zemanneſhuſen. Wicnant de ehingen. Volrich de (Bi)berbach. Herman de taſingen kunrat presbiter. Cunrat. Sifrit. clerici. Laici Sifrit de tonreſberc. Dieppolt de huſen. Marquart fabianus. volrich. vrman. volric. Swicgerus de blienſpach. Actum eſt anno ab incarnatione domini Milleſimo C. ſeptuageſimo tercio. indictione ſexta regnante glorioſiſſimo romanorum impertore friderico anno vero eius vigeſimo primo. (c. S.)

XLVI.

Circ. an. 1177. 30. Septembris.

Alexander Papa Hartwicum ep. schismatis reum declarat.

Ed. in Leutneri histor. Weſsofont. p. 241. (Coll. Pl. Br.).

XLVII.

Anno 1186. 4. Septembris. Veronae.

Urbanus III papa Augustensem ecclesiam sub sua protectione suscipit, eiusdemque bona et possessiones confirmat etc.

Urbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili fratri Volſcalco Auguſtenſi epiſcopo eiusque ſucceſſoribus canonice

ſubſtituendis. In Perpetuam Memoriam. In eminenti apoſtolice ſedis ſpecula diſponente domino conſtituti. fratres et coepiſcopos noſtros. tam propinquos quam longe poſitos. fraterna debemus caritate diligere. et eccleſiis quibus domino militare noscuntur. ſuam dignitatem et iuſtitiam conſeruare. Eapropter Venerabilis in domino frater tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. et prefatam Auguſtenſem eccleſiam in qua deo auctore preeſſe dinoſceris. ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes. ut quaſcumque poſſeſſiones. quecumque bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte et canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione pontificum. largitione regum. uel principum. oblatione fidelium. ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci. firma tibi tuisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. villicationem in Bozancum omnibus appenditiis ſuis. Staphenſe. Denchelingen. Mantechingen. Waringen. Maizelſtain. et Maiozem uillicationem et Weſtendorf. Gunzeburc. Taigenhuſen. Nawen. et Offingen. Jus etiam *quod habes* in prepoſituris. archidiaconatibus. ſeu aliis *dignitatibus concedendis.* et in eligendis prepoſitis et archidiaconis. *aut etiam confirmandis.* Monaſterium etiam ſancti Vodalrici cum *integritate* iuſtitie et ſeruitii. que predeceſſores tui uſque ad tempus tuum rationabiliter habuerunt te quoque auctoritate apoſtolica ſtatuimus optinere. prohibentes ne idem monaſterium. aut alia que ad epiſcopale ius pertinent. ſine tuo uel ſucceſſorum tuorum conſenſu a ſubiectione et poteſtate ipſius eccleſie tue. quiſquam alienare preſumat. Quod ſi preſumptum fuerit. nullam habeat firmitatem. Prohibemus etiam ne interdictos. uel excommunicatos tuos ad officium uel communionem eccleſiaſticam ſine conſenſu tuo quiſquam admittat. niſi forte periculum mortis immineat. ut dum preſentiam tuam habere nequiuerint. per alium ſecundum formam eccleſie ſatiſfactione premiſſa oporteat ligatum abſolui. metropolitano tuo canonica auctoritate ſeruata. Poſſeſſiones etiam ſeu quelibet bona auguſtenſis eccleſie. uel que ab ipſa in feudo uel alio modo tenentur. nulli perſone ſeu eccleſie ſine tuo uel ſucceſſorum tuorum aſſenſu conferre liceat. ſeu cui-

libet dare. uel quolibet alio titulo alienare. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. ſeu quibuſlibet uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur. eorum pro quorum gubernatione. ac ſuſtentatione concesſa ſunt. uſibus omnimodis profutura. ſalua in omnibus apoſtolice ſedis auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica. ſecularisue perſona hanc nostre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertioue commonita. niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correxerit. poteſtatis. honórisque ſui careat dignitate. reamque ſe diuino iudicio exiſtere. de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine. diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jhesu Chriſti. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(Monogramma.) Ego Vrbanus catholice eccleſie epiſcopus ss. Ego Henricus Albanenſis epiſcopus ss. Ego Paulus preneſtinus epiſcopus ss. Ego Johannes presbyter Cardinalis. TT. ſci. Marci ss. Ego Petrus de bono. Presbyter Cardinalis TT. S. Suſanne ss. Ego Laborans presbyter card. S. Marie transtiberi. tt. calixti. ss. Ego Pandulfus. presbyter cardinalis. tt. XII. apoſtolorum ss. Ego albinus presbyter cardinalis. tt. ſancte crucis in ieruſalem ss. Ego Melior presbyter Cardinalis. Sanctorum Johannis et Pauli. tt. Pamachii ss. Ego adelardus. tt. ſancti Marcelli presbyter card. ss. Ego Jacobus diaconus Cardinalis Sancte Marie in coſmidym ss. Ego gratianus ſanctorum Coſme et Damiani diac. Card. ss. Ego Octauianus ſanctorum ſergii et bachi diac. Card. ss. Ego Soffredus. Sancte Marie in via lata diac. Card. ss. Ego Rollandus Sancte Marie in Porticu diac. Card. ss. Ego Petrus ſci. Nicolai in Parte Pullian. diac. Cardin. ss. Ego Radulfus. ſci. Georgii ad uelum aureum diac. Card. ss.

Datum Verone. per manum Alberti ſancte Romane eccleſie presbyteri Cardinalis et Cancellarii II. Non. Septembr. Indictione

quarta. Incarnationis dominice Anno M. C. LXXXVI. Pontificatus uero domni Urbani pape III. Anno primo.

XLVIII.

Anno 1187. 23. Septembr. Ap. Walarhusen.

Fridericus I. Rom. imp. transactionem inter Udalscalcum Augustensem episcopum et canonicos St. Mauritii Augustae super electione praepositi eiusdem St. Mauritii ecclesiae, ſuo arbitrio factam, confirmat.

Ed. in Monum. B. Vol. XXIX. P. I. p. 451.

XLIX.

Anno 1188. 20. Aprilis.

Welf, dux et *advocatus* Faucensis testatur, Otiliam de *Lochirn ejusdem*que filios Ulricum et Heinricum pro *lite cum* praefato monasterio de praedio Diethildiriet finienda, eidem mansum in Schelinbach dediſse, eundemque manſum et praedictum praedium ab Heinrico abbate in beneficium recepiſse (anno 1178); tum St. Magno mansum unum in Lachun iuxta Gruti, et mulierem quandam cum filiis ejusdem donat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ego Welf. dei gratia dux. et aduocatus faucenſis cenobii. notificamus preſentibus et futuris hominibus. quod orta eſt turbatio quam iniuſte intulit predicto cenobio. otilia de lochirn cum filiis ſuis volrico et hainrico. dicens. ſe debitos heredes eſſe predii diethildiriet. ſed ſic finita eſt. Eadem cauſa poſita eſt in iudicium ante nos. ſed iuſto iudicio denegatum eſt ei otilie filiisque ſuis omne ius hereditandi

prefatum predium. immo ipſum eſſe proprium predicti monaſterii. Tandem lis inter eos ſic dirempta eſt. Ipſa et filii eius dederunt deo et ſancto magno in ſeruitium fratrum. manſum unum in ſchellinbach ſitvm de predio ſuo. et ipſi eundem manſum et predium diethildiriet receperunt in beneficium. ab abbate hainrico iam dicti monaſterii. Hec facta ſunt in anno ab incarnatione domini. M. C. LXX. VIII. dum eſſet annus lunaris primus concurrentes. VI. indictiones. XI. epacte nulle. Et litteris ſigillatis notata. ſub teſtibus aſſcriptis quorum nomina ſunt hec. Lodiwicus decanus de buringgev. Sifridus decanus de roti. Tres fratres de matzinſiezon. hermannus. hainricus. cvonradus. Duo fratres de mindilburc hainricus et fridiricus. Dieto de rauinſburc. Perhtoldus de furti. Pertoldus de tatinriet. Duo fratres de buringgev. ruſchin. Wernherus Zahirlin. et alii quam plures. Simili modo notificamus quod ego Welf. contradidi deo et ſancto magno in ſeruitium fratrum ſibi ſeruientium manſum unum in lachun. iuxta gruti ſitum. feci autem hoc ſecundum efficientiam et cooperationem hainrici miniſterialis mei de gruti. tali ordine. ut omnis occaſio hereditandi amputaretur ſi quis diceret ſe heredem ſuum eſſe. Licet ipſe. h. meus eſſet ſimul cum manſu. tamen ipſe dedit manſum eundem mihi. et abrenunciavit eius omnem proprietatem. poſtea dedi. vt ſupradictum eſt. Item in eadem feria IIII. paſce dum hec facta ſunt. ego Welf cum uenerabili prepoſito de ſindolvingin. philippo. dedi eis mulierem unam nomine livtpurc cum filiis uel filiabus ſuis. Que pertinebat ad predictum clauſtrum ſindolvingin. Sed ego dedi eis in concambium alios homines pro eis. et ſic ego eos dedi per uim concambii et efficientia. prepoſitus autem philippus eos dedit per vim proprietatis. ſive poteſtatis ſue pro ſalute anime mee. facta ſunt hec duo de traditione manſus et hominum. in anno ab incarnatione domini M. C. LXXX VIII. In indictionibus. VIII. In feria. IIII. paſchalis ebdomade. et firmata litteris et ſigillo noſtro. et teſtibus ſubſcriptis qui ſunt hii. Waltherus decanus de frozin. Cvonradus ſacerdos de ſchongev hermannus fritae plebanus de altmanniſhovin. fratres de hopfin Cvonradus Sviggerus Gerungus. Gerboldus de ſeeggi. Hainricus de gruti

Rotinbergeri albertus hainricus. hermanus de matzinſiezon et fratres eius duo. fridricus de ramungin. Gaizeri de tvoningev hainricus et waltherus de fvozin Cvonradus hainricus filius eius Wernherus hagilſtain Wernherus kempfi Hiltibrandus Cvonradus et gerungus frater eius. Wernherus de talhouin. Volcmar de keminatun. Marchio hainricus.

(C. Sigillo equestri laeso.)

L.

Sifridus ep. ad preces nobilis viri Witegowi de Albegge coenobio in Stainheim, a patruo ejusdem Berengero patreque Witegowo fundato, jus patronatus ecclesiae in ipsa villa ea conditione confert, ut praedictus Witegowus super altare B.V. Mariae jus patronatus ecclesiae in Sigeharteshoven tradat.

Anno 1209. 24. Juli. Ap. Augustam.

S. *dei gratia auguſtenſis* ecclefie epiſcopus. vniverſis Chriſti fidelibus *hanc paginam* inſpicientibus et inſpecturis. in uero ſalutari *ſalutem*. Ea que oblivionis geruntur tempore. maxime cum omnis humana memoria ſit madida et inperfecta. neceſſe eſt litterarum apicibus tanquam uaſis memorie commendari. Ueſtre igitur vniverſitati notum eſſe uolumus. quod quidam homo nobilis. dominus uidelicet witegowus de albegge intendens ad proficium et augmentum cuivſdam cenobii in ſtainhaim a patruo ſuo Berengero viro utique religioſo et patre witegowo fundati et promoti. apud nos per precum ſuarum que honeſtatis et bone intencionis meritis nitebantur obtinuit inſtanciam. quod nos de conſilio et conivencia noſtri capituli et miniſterialium ivs patronatus eccleſie in ipſa villa memorata ſite quod a nobis et eccleſia noſtra tenebat in feodo in manus noſtras reſignatum pia deuotione per manum hainrici prepoſiti contulimus cenobio memorato. ita tamen quod propter indempnitatem eccleſie noſtre precauen-

dam predictus W. ius patronatus eccleſie in Sigeharteſhouen que in predio ſuo ſita fuerat ſuper principale altare beate virginis Marie tradidit ſollempniter et a nobis poſtmodum recepit vice feodi memorati. vt autem hec omnia inconvulſa permaneant. preſentem ſuper hiis paginam conſcribi fecimus. et ſigilli noſtri munimine roborari. huius rei teſtes ſunt. Sifrit prepoſitus. Rapoto ſcolaſticus. Walther cuſtos. albreht celſerarius albreht Sindelvingen. hainrich Mandechingen. albreht ravenſtain. omnes canonici. Sibot de albegge. albreht de Rauenſtain. Volrich de husen. Eberhart Magnus villicvs et alii plures. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M. CC. VIIII. Indictione XII. In vigilia beati iacobi apoſtoli apud auguſtam ubi tunc collectio fuit exercitus illuſtris regis Ottonis cum tenderet romam pro corona imperii obtinenda.

LI.

Circ. an. 1209.

Sifridus ep. monasterio in Steinheim praedium villae Steinheim et omnia attinentia, apud nobilem virum Witegoum in Albecke pro centum marcis agenti emta, confirmat.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis ego Sifridus Dei Gratia Auguſtenſis eccleſie epiſcopus in perpetuum. Sicut pium eſt et laudabile. ut uiri religioſi diuinis officiis deputati ſuis nos orationibus adiuuent. et pro ſtatu eccleſie totius iugiter ante deum orationes et vota continuent. ita quidem ordo rationis expoſtulat. ut bona temporalia que rationabiliter ad illos quoquomodo deueniunt. ſalua illis in ſuo ſtatv permaneant. et ne quorumlibet in poſterum preſumptione turbentur. dignum eſt. ut clementia principum illorum proſperitati et paci prouida benignitate proſpitiat. Ea propter dilecti filii noſtri prepoſiti in ſteinheim. et

venerabilivm fratrum ſub regulari profeſſione inibi deo militantium iuſtis poſtulationibus benigno concurrentes aſſenſu. uniuerſe fidelium. generationi declaramus. qualiter uir nobilis witegous in albecke predium uille que ſteinheim dicitur et omnia ſibi attinentia. id est eccleſiam cum iure patronatus, ius inſtituendi paſtores ſuper armenta. poteſtas concedendi fundos. et recipiendi cenſum tam illis quam diuerſarum artium cultoribus inpoſitvm. cum omnibus appendentiis ſuis. ſcilicet agris. campis. pratis. paſcuis. Siluis. uiis. inuiis. cultis et incultis. digno precio centum uidelicet marcis argenti uendidit prepoſito et fratribus memoratis. et predicto cenobio quod eidem uille proximum eſt. et eodem nomine ſicut ſupra diximus ſteinheim uocatur. perpetuo poſſidenda cum omni proprietatis iure donauit. Sane ius aduocatie ſub hac sibi conditione retinuit. ut ab ipſius predii cultoribus et habitatoribus datam que uulgariter ſtivra dicitur. modeſte ſeruata farorabili miſericordia et rerum conſiderata quantitate. ipſe recipere debeat. exceſus delinquentium que alio idiomate vnreht, frauelin appellantur cenſura diſcrete ſeueritatis emendet et corrigat. Nos *igitur* huius emptionis conventiones prefato *Monaſterio Steinheim.* preſentis ſcripture pagina et ſigilli noſtri *autoritate roboramus* et locum ipſum diuino cultui mancipatum. cum *predio* iam dicto et cum omnibus ad ſe pertinentibus. in noſtre tuitionis protectione ſuſcipimus. ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones. quecumque bona. idem cenobium in preſentiarum iuſte et ligitime poſſidet. aut in futurum quibuſcunque iuſtis modis deo propitio poterit adipiſci. firma illi in perpetuum et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat locum ipsum temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre. aut ablatas retinere. uel temerariis uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur. fratrum ibidem deo famulantium uſibus profutura. Ceterum ſiquis huius noſtre confirmationis et conſtitutionis decretis contra ire temeraria preſumptione temptauerit. banni noſtri uinculo se nouerit eſſe ligatum. et cum hac cathena ad tribunal eterni iudicis pertrahendum. huic facto interfuerunt et teſtes ſunt. comes egeno de vrach. Siboto de albecke. Cuonradus de berge. Volricus de furtheim Forſtmeiſter. Heinricus de

Eriſteine. Wernherus pincerna de albecke. Beringerus et Otto de ſuntheim. et alii Multi.

LII.

Anno 1209. circ. 24. Julii. Augustae.

Otto IV. Rom. rex capitulo maioris ecclesiae August. ius advocatiae in praedio Aitingen pro sepultura et anniversario fratris sui Liutheri donat.

Ed. in Mon. B. XXIX. P. I. p. 553.

LIII.

An. 1209. Augustae.

Sifridus ep. advocatiam in praedio Aitingen ab Ottone IV. Romanorum rege canonicis maioris ecclesiae donatam recognoscit.

In nomine ſancte et Individve trinitatis. Sifridvs Dei Gracia Avgvstenſis eccleſie epiſcopus. Decet univerſos quos ad pontificalis officii curam. diuina gracia uoluit promouere. ſubditorum ſuorum uotis et neceſſitatibus intendere. et ipſorum commodis pro sua poſſibilitate curam et diligentiam adhibere. Nouerit itaque omnium tam futurorum quam presentium ſollers induſtria. quod nos conceſſionem aduocatie in toto predio canonicorum aithingin quam Otto quartus romanorum rex eis ſuo priuilegio confirmauit. pro remedio anime noſtre eiſdem canonicis recognoſcimus. et indulgemus. hunc modum et formam ſtatuentes. ut (si predicta aduo) catia uacare contigerit. neque nos neque aliquis ſucceſſorum noſtrorum illam infeudare cuiquam preſumat. niſi primo ivs eiuſdem aduocatie canonicis recognoſcat. quemadmo-

dum in priuilegio ſupradicto eis indultum repperitur. ita quidem ut nullus officialis aduocatorum in iam dicto predio canonicorum aliquam sibi diſponendi. exigendi. uel aliquid ibi faciendi uendicet potestatem sed quicunque in ecclesia augustensi fuerit prepositus. cum canonicis eiusdem ecclesie. aduocatis statutam frumenti pensionem tantum. et ab antiquo determinatam. persolnat. Vt autem hec omnia apud poſteros et nunc firma et inconuulſa permaneant. preſentem ſuper hiis paginam conscribi fecimus. et ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis. M.CC.VIIII. Indictione XII. in ciuitate auguſta in eccleſia sancti Johannis baptiſte.

LIV.

Anno 1216. 29. Octobris. Lateran.

Honorius papa ecclesiam de Offingen episcopo August. confirmat.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruuorum dei. venerabili fratri .. *Epiſcopo* Auguſtenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum est et honeſtum. tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerabilis in Chriſto frater tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu. eccleſiam tuam de Offingen cum omnibus pertinentiis ſuis in uſus tuos quiete tibi et per te Auguſtenſi eccleſie auctoritate apoſto*lica* confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lateran. iiij kal. Nouembris Pontificatus nostri anno Primo.

LV.

Anno 1219. 30. Aprilis.

Judicum curiae August. testimonium de ecclesia in Memmenhausen.

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen. Judices Auguſtens. Eccleſie. Ordo iuris exigit et racio perſuadet vt ſuper questionibus iam diffinitis vel adhuc diffiniendis adhibeatur tam ſolers et tam provida diligentia quod lites ſemel extincte amodo non valeant occasione aliqua resumere vires renascendi. Huius rei gratia notum esse cupimus vniversis tam futuris quam presentibus Christi fidelibus. quod vacante ecclesia de Mimminhusen cuius donatio spectabat ad Capitulum ſancti Mauritii apud Augustam. nobilis vir dominus Albertus de Nifen. cupiens immiscere ordinationi ecclesie illius tanquam ſibi competeret ius patronatus in ea. ipsam omnibus fructibus et rebus aliis ſpoliavit. Cum igitur inter iam dictum nobilem et capitulum prefatum tam ſuper ſpoliatione quam ſuper iure Patronatus coram nobis multociens fuisset questio ventilata. tandem quia eadem questio non ſine magnis damnis et laboribus poterat terminari. nobis et ceteris dominis nostris capitulo maiori ſtudentibus paci atque concordie partes ipse ſuper omni questione. que ſuper ipsa ecclesia vel ecclesie occasione inter ipsas vertebatur tres arbitros videlicet. Dominum Heinricum de Mandechingen Archidiaconum. Dominum Albertum Custodem et dominum Bertholdum maiorem Plebanum elegerunt. compromittentes fide data quod haberent firmum et ratum quicquid ipsi tres ſuper praemissis inter ipsas duxerint ſtatuendum. Consencientes autem memorati tres domini facta inter se compromissione rimatis diligenter omnibus causam contingentibus huiusmodi arbitrium protulerunt. quod remissis memorato nobili à Capitulo omnibus ablatis. idem nobilis recognosceret Capitulo ius Patronatus de quo lis erat et quicquid iuris videretur habere reſignatum in ara ſancti Mauricii legitime offerret.

Partibus autem eorum parentibus arbitrio. Sepedictus Nobilis accedens ad ecclesiam ſancti Mauricii et ſicut ſtatutum erat ab arbitris renuncians iuri ſuo quicquid iuris videbatur habere capitulo ſollempniter contulit et in maiori altari ſancti Mauricii obtulit nobis presentibus et multis aliis testibus ad hoc vocatis. Heinrico de Mandechingen archidiacono. Alberto custode. Berhtoldo Plebano maiori. Vlrico de Nawe Vicedomino. Vlrico diacono de Sweningen Canonicis maioris ecclesie. Bernwico Decano. Burchardo. Vlrico presbiteris. Cunrado de Sweningen. Wernhero Welluz Diacono. Heinrico de Erringen. Heinrico Fusario Subdiaconis. Gotefrido Acolito Canonicis ſancti Mauricii. Marquardo presbitero de Lovgingen. Heinrico Milite. Sifrido Subdiacono. Sifrido. Alberto. Cunrado Clericis. Rudolfo de Münster Milite. Heinrico Juniore Nibelheven. Friderico Wolone laicis et aliis quam pluribus tam Clericis quam Laicis. Vt autem ista rata et inconvulsa permanere debeant. hanc paginam fecimus conscribi ſigillo ecclesie nostre communitam. Acta ſunt hec dominice incarnationis Anno M.CC. nono decimo Pridie Kal. Maii. in vigilia apostolorum *Philippi* et Jacobi. Regnante domino Friderico glorioso Rege *Romanorum* semper Augusto et Rege Sicilie. Vene*rabili Episcopo* Sifrido Presidente ecclesie Augusten. sed tunc *existente* in peregrinatione Jherosolimitana.

Ex Chartulario eccl. St. Mauric. (Coll. Pl. Br.)

LVI.

Anno 1219. 21. Junii. In monasterio Schafhusensi.

Rudolfus abbas Schafhusensis praeposito in Wihemberg molendinum in Wertunga, pro duabus libris Aug. annuatim coenobio ſuo ſolvendis, ad excolendum committit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum habeant omnes chriſtiane religionis cultores qualiter Ruodolfus uenerabilis schaf-

huſenſis abbas de tengen oriundus. et H. prepoſitus in wihemberk utriusque ſano conſilio aſſenſum prebente conuenerunt de cultura molendini in uilla wertunga ſiti ad cenobium ſchafhuſenſe iure proprietatis pertinentis. ita quod prefatus praepoſitus auctoritate ſchafhuſenſis abbatis ſiue eiusdem uicariorum una cum ſuis ſucceſſoribus excolat et quiete illud per tempora poſſideat dummodo annuatim debitum inde tributum id eſt duas libras auguſtenſis probate monete eccleſie schafhuſenſi perſoluat. eiusdem norma iuris ſalva atque conſtitutionis qua et in reliquis prediis iam dictum cenobium hactenus libere uſum ſe gaudet. et aput omnes ad ſe pertinentes in illis partibus homines iuſticie intemerato tenore ad hec uſque tempora cognoſcitur obseruatum. ſcilicet quod ſi in feſto beati Martini prenominati reditus iam dicte eccleſie non ſint impenſi ſecundum reuolutionem ſibi ſuccedentium curriculorum. quod abſque omni contradictione ſiue quacumque mali machinatione ſeu doli fraudiſue adinventione poſſeſſio eiusdem molendini cum ſuis appendiciis abbati uel cui ipſe vice ſua id iniunxerit prorsus uacet inſtituenda. et ad ſui utilitatem monaſterii ad ſuum placitum redigenda vt autem preſens pactum inconuulſum et ratum atque inuiolabile per omnes ſucceſſiones perſeueret preſentem paginam utriuſque ſigillo prelati, id eſt abbatis et prepoſiti placuit inſigniri quatenus cunctis legentibus omnibusque in noticia retinentibus liquido clareat quod idem pactum amborum ſpontaneo conſenſu et preſentis negotii finis ad hanc perductus ſit terminalem efficaciam. Teſtes uero qui ex parte ſchafhuſenſis capituli interfuerunt hi ſunt expreſſi. Ipſe dominus Rvodolfus uenerandus abbas. heinricus prepoſitus ſancte Agnetis. Waltherus camerarius Waltherus cappellanus. Burkhardus frater curti irmelbrunnen prelatus cum aliis multis.

Actum in monaſterio ſcafhuſenſi ſub abbate Rvodolfo. anno regiminis ſui xx.j. ab incarnatione dei. M.cc.xviiij. Regnante friderico romanorum rege ſecundo. anno regni eius VII. Scriptum per manus Volrici peccatoris xi. kal. Julii feliciter in Chriſto. Amen.

LVII.

Anno 1219. 2. Septembris.

Sifridi episcopi et capituli ecclesiae Aug. statutum de subdiaconis.

In nomine ſancte et Indiuidue trinitatis. Amen. Sifridus dei gracia Auguſtenſis Eccleſie epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus. Preſentem paginam inſpecturis ſev legentibus. Salutem in vero ſalutari. Notum ſit omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. quod cum locum regiminis aliquanto tempore in eccleſia Auguſtenſi non noſtris meritis ſet divina fauente clementia teneremus. Inuenimus in ea quandam que iam div inoleuerat conſuetudinem. talem videlicet. quod quicunque confratrum noſtrorum licet adhuc in iuuenili etate conſtitutus in ſubdiaconum eſſet promotus. per conſequens conſortium et uocem in Capitulo ſine contradictione obtineret. Verum cum omnis etas ab adoleſcentia in malum prona ſit. perſpeximus ex tali conſuetudine. plus eccleſie noſtre utilitatibus deperire. quam aliquid honeſtatis uel diſcipline accedere. maxime. cum ex talium inter nos conuerſatione ſepius ſcandala. rixe et contentiones orirentur. Vnde habito div nobiscum tractatu. qualiter prefatam conſuetudinem que non conſuetudo ſed potivs corruptela dici poterat. extirparemus. tandem de conſilio Rappotonis maioris prepoſiti. H. decani. accedente etiam tocius conſenſu capituli provida deliberatione ſtatuimus. vt quicumque confratrum noſtrorum decetero In ſubdiaconatus ordinem promoveatur.. deuote Ebdomadam vicis ſue in ordine ſuſcepto. legendo et cantando deſeruiat. nec conſortium vel vocem in Capitulo adipiſcatur, niſi privs moribus eius approbatis. de conſenſu totius conuentus. premiſſa ea ſollempnitate. que In electione cujvslibet canonicj ſolet adhiberi aſſumatur. Et ne qua in poſterum oriri poſſit contradictio. preſentem paginam noſtre conſtitutionis. Sigillis noſtro et eccleſie fecimus Roborari Acta

ſunt hec. Anno Dominice Incarnationis. Milleſimo. CC.XVIIII. die IIII. Non. Septembris. Indictione VII. (C. S.)

LVIII.

Anno 1220. 6. Junii.

Sifridus ep. capitulo omnia jura et conſuetudines, nec non ecclesias Erringen, Annenhusen, Oltenburen, Holzheim et Lepzingen concedit et confirmat.

In nomine. Patris. et filii. et. ſpiritus. ſancti. Amen. Sifridus. dei. Gratia Auguſtenſis. eccleſie. epiſcopus. Cum ſemper ad inuigilandum paſtorali cure teneamur eſſe ſuccincti. debitum officii noſtri credimus nos proſequi et dignum deo preſtare famulatum. quotiens eccleſie cui preſidemus ſollicite proſpicimus in his. que ad ipſius pertinent commodum et promotionem. Conſideratis itaque diligenter statu et fortuna maioris eccleſie noſtre Auguſtenſis. preſertim circa prebendas que iam uariis ex caſibus et cauſis. maxime propter graues oppreſſiones pariterque indebitas aduocatorum exactiones. facte ſunt tenues et pauperes. adeo. quod omnino ſunt inſufficientes canonicis deo ibidem iugiter famulantibus. nos quia paterna ſollicitudine quemadmodum tenemur eos tamquam filios cariſſimos amplectimur in domino. condolentes ſuis interna conpaſſione neceſſitatibus. et annuentes pro affectu eorum precibus humilibus et deuotis. omnia iura ſeu omnes conſuetudines eccleſie bonas et iam longo tempore approbatas. nec non et V. eccleſias uidelicet. Erringen. Annenhuſen. Attenburen. Holzhaim. et Lebezingen. in usus prebendales in perpetuum tenendas. maxime conſtitutionem illam quam olim omnes canonici communi conſilio fecerunt. que etiam poſtea ſub quatuor uel pluribus continue currebat prepositis. ſcilicet. quod quicumque prepositus est Auguſtenſis non debet quoſquam clericos niſi canonicos eiusdem eccleſie. cum aliunde quam per eccleſiam ſuam eorum non ſoleat ſubuenìri defectibus. preſentare ad eccleſias uacaturas in

quibus ipse prepoſitus ius optinet patronatus. conſentiente dilecto in chriſto fratre Rappotone prepoſito. et renuntiante inſtrumento ſuper infirmanda eadem conſtitutione a ſede apoſtolica opera ſua inpetrato. prefatis canonicis et ſucceſſoribus eorum. quatenus minus ſint egentes et diuinis ſtudioſius inſiſtant obſequiis. auctoritate epiſcopali liberaliter concedimus et confirmamus. ſub interminatione anathematis firmiter inhibentes. ne quis auſu temerario ſeu quacunque attemptatione hanc noſtre indulgentie paginam preſumat infringere. vel ei aliquatenus contraire. Preſumptores quoque ſi qui fuerint. omnipotentis dei indignationem et uindictam ſanctiſſime ſue genitricis perpetue uirginis incurrant. in perniciem ſuam uinculo anathematis religati in perpetuum et ultra. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis Milleſimo. CC.XX.VIII. Idvs Junii. Teſtes autem ſunt iſti. Rappoto maior prepoſitus. Hainricus decanus. Berhtoldus plebanus. Albertus cuſtos. Hainricus de Maendehingen. Burchardus. Hermannus de Wartolfeſteten. Hainricus huchinc. arcidiaconi. Sifridus decanus de Nordelingen. Volricus cellerarius. *Wortwinus* de Fuchtewanch. Volricus Fuſarius. preſbyteri. *Volricus Koppo* oblaicus. Volricus uicedominus. Cvon*radus de Mulehuſen*. ſubdiaconi. canonici. Hiltebrandus. magiſter. *Marquardus* Rvodolfus. Eberhardus. preſbyteri uicarii et alii quam *plures teſtes* ad hoc uocati.

LIX.

Anno 1220. 21. Julii. Ap. urbem veterem.

Honorius papa capitulo ecclesias in Attenburen, Annenhusen, Holzhaimen et Lehsingen ab H. ecclesiae Aug. praeposito, eidem donatas confirmat.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Capitulo Auguſtenſi. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri,

ad debitum perducatur effectum. Ea propter Dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas ueſtras et locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem de Attenburen. de Annenuſen. de Holzhaim. et de Lebzingen eccleſias a bone memorie. H. eccleſie ueſtre prepoſito ad quem ipſarum donatio pertinebat pia uobis liberalitate conceſſas dioceſani Epiſcopi ad hoc accedente conſenſu. ſicut eas iuſte ac pacifice poſſidetis uobis et per uos eccleſie ueſtre auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem ueterem. XII. Kalendas Auguſti Pontificatus noſtri Anno Quarto.

LX.

Anno 1220. 1. Septembris. Ulmae.

Heinricus VII. dux Sueviae et rex Rom. electus patris ſui Friderici II. donationem, Rappotoni maiori praeposito totique capitulo super advocatiis Aitingen factam, confirmat.

Ed. in Monument. Boic. Vol. XXX. T. I. p. 105.

LXI.

Anno 1223.

Eberhardus abbas Hirsaugiensis praepositum Rothenſem episcopo Sifrido ſubmittit.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Reverendo in Christo patri et d. Sifrido dei gratia Augusten. Episcopo. totique eiusdem Ecclesie Capitulo. Eberhardus miseratione divina Abbas Hirsowensis. cum humili collegio eiusdem loci. Devotum munus orationum et affectuosum in omnibus obsequium. Altissimus ille deorum Deus. qui celestis milicie ordines ita disposuit. vt alter alteri premineat. ad obsequium conditionis minor dignitas maiori pareat. ipse in ecclesia ſua ita distinxit celos ſuos. opera digitorum ſuorum. vt ſicut ſtella ab ſtella differt in claritate. ita etiam alter alterum praecedat excellentie dignitate. Hanc autem graduum et officiorum diversitatem ita. ad vnam reducit concordiam vnitas caritatis. vt ſicut in ſanctis Angelis ita et hic non ſit invidia imparis claritatis. Quia ergo idem Altissimus. vos pater venerande constituit in Augustensis prelationis arce. ob reverentiam paternitatis vestre decrevimus. et cum convenientia totius capituli nostri ſtatuimus. vt de cetero confrater noster Rotensis. prepositus ſit obediens vobis et post vos ſuccessoribus vestris. et ad omnia ſibi consuetudinaria iniuncta devotus et ſubiectus vt quilibet diecesis vestre prelatus. vosque ſibi versa vice in omnibus eandem honorificentiam exhibeatis. quam iure tenemini exhibere aliis diecesis vestre prelatis. Vt autem hec rata et inconvulsa tam a ſuccessoribus vestris quam nostris conserventur. Hanc paginam confirmationis iussimus conscribi et ſigillis nostris procuravimus insigniri. Nulli igitur ſuccessorum nostrorum liceat hanc infringere ſeu imminuere vel ſibi ausu temerario contraire. Acta ſunt hec dominice Incarnationis Anno Millesimo CC.XXIII. Indictione XI.

Ex autographo archiv. capitul. ecclesiae maj. (Coll. Pl. Br.)

LXII.

Anno 1231. 22. Novembris. Apud Ulmam.

Heinricus Rom. rex ecclesiae August. medietatem precariarum seu collectarum, quas ipse a civibus August. duxerit exigendas, recognoscit et confirmat.

Ed. in Monument. Boic. Vol. XXX. T. I. p. 180.

LXIII.

Anno 1231.

Coram Sibotone episcopo Cunradus de Erringen bb. Udalrico et Afrae curiam in Gugenrieth pro communi ſepultura et anniversario donat.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Siboto dei gracia Auguſtenſis eccleſie epiſcopus. omnibus Chriſti fidelibus. Salutem in perpetuum. Notum ſit tam preſentibus. quam futuris Chriſti fidelibus. quod Cuonradus de Erringen curiam in gugenrieth pro remedio anime ſue beato Vodalrico et beate Afre huius pacti aſſtipulatione donauit. quod dominus Abbas ei communem ſepulturam obtineret. et anniuerſarium diem debita commemoratione perageret. Post obitum uero eius. uxor ſua Adelheidis aduocatiam iam dicte curie ſibi et Willehalmo filio ſuo quoad uiuerent obtinuit. nulluſque heredum ſuorum post mortem eorum ius aduocatie. ſibi uſurpabit. Quod ut ratum et inconuulſum permaneat. ſigilli noſtri appenſione confirmamus. Huius rei teſtes ſunt. Vodalricus de riſinſpurc. heinricus de eberſtal. heinricus et Vodalricus de bokkeſperc. hermannus de Igelingen. Liupoldus purcgrauius. Swiggerus de mindelberc. heinricus marſcalcus. Arnoldus camerarius. Hermannus de blankenburc. Wernherus de burcberc. Cvonradus Koppo. Heinricus et Sifridus de Alkiſhuſen.

Bertoldus de bobingen. Volricus coquinarius. Rudigerius de Lutzelnburc. Bertoldus ubellin. Acta ſunt hec. Anno dominice incarnationis. M.CC. triceſimo primo. Indictione Tertia.

LXIV.

Anno 1237. 24. Martii.

Siboto epiſcopus litem inter plebanum de Rote et plebanum de Babenhusen super limitibus caſtri in nova Schonegge componit.

Siboto dei gratia Auguſtenſis Ecclesie Episcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris. in filio dei ſalutem. Nouerint Vniverſi preſentem paginam inſpecturi. quod cum inter Domnum. Hainricum Plebanum de Rote ex una parte. Et domnum Berhtoldum Plebanum de Babenhusen ex altera. ſuper limitibus ſiue terminis Caſtri in Noua Schonegge. queſtio ſiue controuerſia verteretur. et ſuper hoc teſtes ſufficientes ab utraque parte producti fuiſſent.tandem habito conſilio prudentum virorum. dicti Plebani talem inter ſe inierunt compoſicionem. quod Plebanus in Rote omni actioni ſive juri ſuo quod iamdicta Eccleſia in dictis limitibus videbatur habere. totaliter renunciauit ſub tali videlicet pacto. quod Domnus Volricus de Schonnecke Aduocatus Eccleſie in Babenhuſen. loco et nomine ipſius Plebani. Eccleſie in Rote dare promiſit cum fideiuſſione. hinc ad proximum feſtum beati Jacobi. aliquas poſſeſſiones decetero in perpetuum poſſidendas. ſitas in tribus vel duobus locis vel ſaltem in vno loco. que poſſeſſiones annuatim ſoluere debent. xxx. ſolidos Mammingenſis monete. Preterea quicquid inpreſentiarum illud Gehack. quod iam circa ſupradictum Caſtrum ſectum eſt et Laimgrvobe et fluuius Raklinspach. diuidunt ſeu diſtingunt. ſine qualibet contradictione pertinere debet ad Eccleſiam in Babenhuſen. Saluis tamen antiquis terminis ſiue limitibus quas Eccleſia in Rote ante motam queſtionem et litem habere dinoſcebatur. Hanc vero com-

poſicionem ad inſtanciam et peticionem vtriuſque partis nos Auctoritate noſtra confirmamus. Et ſigilli noſtri munimine literam preſentem roboramus. Facta eſt autem hec compoſicio in Cimiterio Eccleſie inferioris Rote. Et coram nobis in palacio noſtro publicata. Anno Domini Milleſimo CC.XXXVII. Nōn. Kal. Aprilis. Teſtes autem huius rei ſunt. Dominus Lvdewicus maior prepoſitus Auguſtenſis. Domnus Wolfradus de Niffen prepoſitus ſancte Gertrudis. Magiſter. Wernherus. Cuſtos. domnus Lvdewicus Cappellanus. domnus Chvono de Beringer. Cvonradus de Lecheſperc. Hainricus Auca. Ruodegerus de Luzelnburc. Item domnus Eberhardus de Aichain. Domnus Hainricus de Munſtern. Hainricus de Bvozmanneſheim. Cvonradus. et Volricus. wakernitz de Rote. Domnus Hainricus de Schonneke. Domnus Hainricus de Richowe. Hainricus de Minderndorf. Hermannus pincerna de Sulzperch. Hainricus de Haſelbach. Hainricus dictus Spado de Rote. Hainricus Rvotmvnt. Dietricus, volricus. Lodewicus de Rote. Rvodolfus vogelwic. Burchardus de Totenloch. Hainricus de Niffenach. Cvonradus de Bvoch. Rvodolfus de Babenhuſen. Hainricus de Obrenſteten. Hainricus Miniſter de Babenhuſen. et alii quam plures.

LXV.

Anno 1239. 6. Mart.

F. praepositus in Wihimperg molendinatori in Turhain molendinum ibidem pro annuo cenſu ad dies vitae confert.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam poſteris preſens ſcriptum inſpecturis. C. molendinatorem in turhain tali condicione poſitum iure feodi molendini poſſeſſorem ab. F. prepoſito in wihinberch eccleſie beatorum martirum coſme et damiani et ſ. viti ipſum dum non elabentis rei et corporis effectus conceſſerit dicte eccleſie debita perſoluendum maltra xx. et ea IIIIor anni temporibus ſoluere in feſto Galli. con. duo tritici. 1. ſiliginis.

iii. ordei et auene. In natiuitate domini .ii. tritici .i. ſiliginis .iii. ordei et auene in feſto georgii .i. tritici .i. ſiliginis .i. ordei. .i. auene. in feſto iohanis babtiſtae .i. tritici .i. ſiliginis .i. ordei .i. avene. huius monete ſolidos .x. porcum libramappendentem. anſeres .vi. pullos xiiii. caſeos xvi. quod ſi dictis anni temporibus dicta debita non ſoluere conſenſerit ab omni iure preter ſpem gratie ſuſpendatur. Inſuper quidquid detractionibus fluuii et incendii molendinum traxerit non in dampno eccleſie abblata reſtituantur. Tali etiam condicione poſitum. ut post ipsius molendinatoris abſentiam quiſquam sibi ſuiſque dictum molendinum nec iure feodi nec iure hereditario ualeat affirmare. Huius rei teſtes sunt ipſe .f. prepositus cum toto inibi conuentu. plebanus in biſieſwanc. h. de hiſinbretiſhoue. h. de richen. h. de hirzbach. milites. molendinator in Wertungen molendinator in rotigen molendinator in phaffinhoven Ceſar dictus eiusdem uille. ebo eiusdem uille. villicus eiusdem uille Dux dictus in turhain Mvltwins eiusdem ville. egillin. kuiniman. et filius ſuus eiusdem uille coloni. Acta ſunt hec anno ab incarnatione domini M. cc. xxx. viiij. ii idvs Marcii.

LXVI.

Anno 1240.

Coram Sibotone epiſcopo lis de area et domo superedificata in Nordelingen, ab Adelhaidi matrona de Nordelingen fratribus maioris capituli tradita, componitur.

Siboto Dei gratia Auguſtenſis eccleſie Epiſcopus. Vniverſis Chriſti Fidelibus in perpetuum. Notum eſſe uolumus omnibus hanc litteram inſpecturis. quod cum Adelhaidis felix Matrona de Nordelingen, uxor tandem Bertoldi Vbellini Miniſterialis eccleſie noſtre, quandam Aream cum tribus cellariis In Nordelingen et domo ſuper edificata ſitam iuxta domum lapideam Miniſtri Friderici quam proprietatis nomine poſſidebat. pro remedio anime ſue

fratribus maioris Capituli tradidiſſet. iam dictus Fridericus miniſter eiuſdem loci. donationem factam attemptauit quantum poterat impedire. Aſſerens aliquod ius ſibi competere in predio memorato. Verum cum aliquanto tempore ſuper eodem lis inter ipſum et dictum Capitulum uerteretur. tandem de noſtro conſilio et quam plurium diſcretorum. talis inter partes compoſitio interceſſit, quod ipſe Miniſter domum predictam cum omnibus pertinentiis. tenere deberet a dicto capitulo tantum pro tempore uite ſue. tamen interpoſito tali pacto. ut ſingulis annis tercio die poſt feſtum beati Gangolfi Martyris uel ante nomine cenſus triginta ſolidos Werdenſis monete. perſolueret. et eoſdem denarios preſentaret apud auguſtam. ei qui pro tempore teneret idem Oblaium ſine periculo Capituli memorati. Si uero ſolutionem predicti cenſus in termino preſcripto quacumque occaſione neglexerit, domus ipſa cum omnibus attinentiis. et omni iure tranſiret adeccleſiam ſepedictam. Preterea ſi domus ipſa per ignem. vel ruinam vel quocumque modo alio deſtrueretur. ipse miniſter teneretur eam ex integro reparare. et lateribus cooperire. nec tamen eadem domus ad ſuos heredes tranſire deberet. ſed tantum ei cedere pro tempore uite ſue. quam formam compoſitionis premiſſam cum in preſentia noſtri. et quam plurium aliorum clericorum uidelicet et laicorum dictus miniſter acceptauerit et eandem ſe firmiter romiſerit ſeruaturum. nos ſuper eadem ne cuiquam deinceps in dubium uerti poſſit. uel ab aliquo retractari. litteram iſtam conſcribi fecimus. et ſigillorum uidelicet noſtri. et Capituli. et ipſius Miniſtri teſtimonio roborari. Teſtes huius Rei ſunt. Magiſter Wernherus Cuſtos. Sifridus Vbellinus. Canonici Auguſtenſes. domnus Vlricus de Riſinſperc. domnus Arnoldus de porta ciuitatis. domnus Bertoldus de Bobingen. domnus Eberhardus de Richen. domnus Bertoldus Vbellinus. Milites. Gebolfus clericus. et alii quam plures clerici et laici. Data Anno ab incarnatione domini. M.CC.XL. Indictione XIII.

LXVII.

Anno 1241.

Fundatio monasterii in Litha.

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. Amen. Que testibus et literis confirmantur maioris firmitatis robur obtinent. nec patent calumpniis que processu temporis possent ſuboriri. Noverint igitur vniversi tam presentes quam posteri quod ego Volricus Augustensis Ecclesie Archidiaconus et Vicedominus. in presentia venerabilis patris nostri Domini Sibotonis ſancte Augusten. ecclesie Episcopi. cuius gratia cooperante et consentiente predium quod ex paterna hereditate me contigit. fundum ſcilicet et patronatum ecclesie ſancti Altonis confeſſoris in Litha *a*) ſite ad partem aquilonarem castri regii Swabeke in provincia Swevia. cum omnibus ad eam pertinentibus. cum duabus insuper curiis vna ibidem ſita in villa iuxta ecclesiam prefatam. altera vero ſupra aggerem fluvii Wertha. iuxta pontem quo transitur de villa que *dicitur Maenchin b*) ad ecclesiam iam ſepe dictam. quam curiam emi rebus propriis et vocatur zu dem Stadel cum omnibus attinentiis earum. ob ſummi redemptoris clementiam ad eius cultum cui omnia deservirent que in celis ſunt et que in terra pro mee tenuitatis modulo non vt volui ſed vt potui augmentandum. ſperans ob id in resurrectione me cum eo qui cor non munera pensat partem habiturum. iure pleno tradidi in manus Petrisse priorisse tunc temporis religiosarum feminarum que ſe in villa Meinharteshowen *c*). prope Gunzeburch congregaverant. tali conditione videlicet vt ab illo tempore et deinceps in prefate hereditatis mee fundo permanentes. deo ſub ſancti Augustini regula et Ordine ſororum ſancti Syxti de vrbe Roma *d*) militent et deserviant in ſempiternum. Hoc adiicientes vt omni anno matri ſue ecclesie videlicet Augusten. teneantur de predictis rebus in cingulo ſacerdotali in ſignum ſubiectionis et religionis earum inmutibilitatis perpetue que eas in ſuam dignata est recipere pro-

tectionem cum rebus ſuis omnibus iam habitis et habendis. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum permaneat inconvulsa presentem paginam impressione Sigilli venerabilis patris nostri iam dicti Augustensis Episcopi fecimus communiri. quo presente et approbante acta ſunt omnia anno gratia M.CC.XLI. Indictione XIIII. presentibus hiis testibus. Sifrido ſcilicet Decano maioris ecclesie August. Sifrido de Iningen. Alberto Gussone eiusdem ecclesie Canonicis. Heinrico Libero de Liehtenberch. Sifrido Dapifero de Donresberch. Chonrado Spannaglo. Heinrico Snellemanno. Eberhardo dicto Dvommair. Magistro Vlrioo ſcriptore. et Degenlino Capellano Episcopi. et aliis quam pluribus. Sed quia a Capitulo maioris ecclesie Augusten. approbata est et facta coram eo hec donatio. necesse habuit etiam hec littera eiusdem ſigilli. et nostri munimine roborari.

Ex archivo episcopali. (Coll. Pl. Br.)

a) Leutenhöfe infra Schwabeck.

b) Schwabmenching.

c) Meinertshofen inter Bubesheim, Auttenried et Glassenhardt; nostro tempore adhuc curia ſolitaria, et veteris aedificii rudera conspiciuntur.

d) Ita moniales ordinis Praedicatorum nominabantur.

LXVIII.

Anno 1243. 18. Maii. In Werneshouen.

Christina de Fronhoven, vidua Heinrici de Wellenburch, omnes possessiones ſuas in pias causas erogat.

Notum ſit omnibus presentibus et futuris. quod Ego Christina dicta de Fronehoven *a*). vidua quondam Heinrici de Wellenburch volens ſaluti mee in posterum prouidere decrevi omnes possessiones meas quas habeo ſiue in Werneshouen *b*). ſive alibi pro remedio anime mee in pias causas et elemosinas erogare. Quia vero cor hominis nunquam in eodem ſtatu permanet. ne aliquorum

persuasionibus vel instantia contingat me in contrarium immutari prestito ſacramento obligavi me quod omnes possessiones meas intuitu elemosine dabo ſecundum consilium fratris Friderici dicti de Rotenburch Ordinis Predicatorum. ſive voluerit quod vendantur et pecunia intuitu elemosine detur. ſive velit vt claustrum de eisdem possessionibus fundetur. ſive vt aliis piis locis eedem possessiones conferantur. quicquid ſuper hoc ordinaverit ratum habeo et habebo. Insuper penam adicio. quod ſi ordinationi ſue in aliquo contraire fuero ſi efficaeiter et ſtudiose quicquid ſibi ſuper his visum fuerit non complevero omnes possessiones meas in manus dicti fratris Friderici trado ita quod ipse habeat auctoritatem et potestatem eas non obstante contradictione mea cui vel quibuscunque voluerit conferendi. et ſecundum hanc conditionem renuncio omni iuri meo quod mihi in dictis possessionibus competebat. Acta ſunt hec anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo tercio. XV. Kal. Junii. in ecclesia ſancte Justine in Werneshouen. Testes vero ſunt dictus Fridericus de Rotenburch. Fr. Conradus dictus de Wizenhorn ordinis predicatorum. Livtgardis dicta de Kambeloch. Quia ſigillum proprium non habeo ad munimen dicti facti ſigillo quondam Heinrici de Sumerowe mariti mei presentem paginam roboravi.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

a) Christina quae monasterio Steingadensi praedium Vazarei in Tyrol an. 1240. contulit, erat propinqua Schwiggero de Mindelberg, Conrado de Mathsiess, Henrico, Hilteboldo et Conrado de Schwangau. V. Mon. Boic. VI. p. 529. Fundavit parthenon in arena Augustae, a Conrado IV. Imp. anno 1239. confirmatum, quod ab Hartmanno Ep. in vrbem translatum et S. Catharinae consecratum est.

b) Werishofen in praefectura Türkheim.

LXIX.

Anno 1244.

Lis inter capitulum August. et Adelhaidim filiam Dietpoldi militis de Aitingen super manſo quodam in Aitingen ita decernitur ut dicta Adelhaidis eiusdemque maritus tantum ad vitae tempus pro annuo cenſu manſum illum possidere debeant.

In nomine. Patris. et Filii. et ſpiritus ſancti. Amen. Notum ſit omnibus preſentem Paginam inſpecturis quod cum inter Capitulum Auguſtenſe ex una parte. Et inter domnam Adelhaidim filiam quondam Domni Diepoldi militis de Aitingen ex altera. ſuper quodam Manſu ſito in Aitingen. lis et controuerſia diu verteretur mediantibus tandem viris prouidis et diſcretis Videlicet domno Alberto Gvſſone Procuratore Capituli tunc temporis exiſtente, et vicem ipſius Capituli in hac parte gerente et domno Swigero milite de Turhaim qui vicem dicte Adelheidis ſimiliter in hac parte gerebat. amicabilis inter ipſos compoſitio interceſſit in hunc modum. Quod predicta domna Adelheidis et Cvonradvs Maritus ipſius dictus Schoenlin de Turhaim Manſum prenominatum de quo lis fuit Tantum pro tempore vite ſue debent poſſidere. Singulis annis quamdiu vixerint de ipſo Manſu. decem Maltera Tritici. Et Octo ſolidos denariorum Auguſtenſis monete ſine difficultate qualibet ſoluturi. Poſt mortem uero predictorum duorum. Videlicet domine Adelheidis et domni Cvonradi dicti Mariti ſui Heredes ipſorum in eodem Manſu nichil juris habebunt. Sed pleno jure extunc ad Eccleſiam redibit. Vt autem hec omnia Rata permanere debeant et inconuvlſa de conſenſu partium preſens littera fuit conſcripta. Et teſtimonio Sigillorum domni Sibotonis venerabilis Episcopi Auguſtenſis. et Capituli Auguſtenſis commvnita. Acta ſunt hec in Clauſtro Sancti Vodalrici. Anno domini. M. CC. xl. iiii. Teſtes vero hujus rei ſunt Gebewinus Abbas ſancti Vodalrici in Auguſta. Hainricus

dictus Gula frater eiuſdem Cenobii. Sifridus Decanus. Albertus Guſſo. Sifridus de Imingen. Canonici Auguſtenſes. Hainricus Ñodungus. Hainricus de Steten. Subdiaconi. Swigerus miles de Turhaim. Albertus miles de Broche. Berhtoldus miles de Bobingen. Volricus miles de Turheim. et alii quam plures.

LXX.

Anno 1246. 18. Martii. Augustae.

Ita uxor Conradi iunioris de Mazzenſiez curiam ſuam in Aitingen conſentientibus liberis et avunculis ſuis maiori ecclesiae August. pro quadraginta quinque lib. Aug. vendit.

In nomine patris. et filii. et ſpiritus ſancti. Amen. Ego Ita vxor domni Cvonradi iunioris de Mazzenſiez Relicta quondam domni Diepoldi iunioris de Aittingen. filia quondam domni Hainrici de Sibenaiche. Notum eſſe cupio uniuerſis preſentem paginam inſpecturis. quod cum ego quondam a uiro meo bone memorie domno Diepoldo ivniore de Aittingen. quandam ibidem ſitam Curiam nomine donationis propter nuptias proprietatis titulo poſſediſſem. illam prefato viro meo. videlicet domno Cvonrado iuniore de Mazzenſieze. mediante ac filia mea. Jrmengarde in hoc conſentiente. Auunculis nichilominus meis. videlicet domno Berhtoldo. et domno Alberto de Vluſſen. nec non aliis amicis meis et conſanquineis ad hoc preſtantibus conſilium et fauorem. vendidi pro Quadraginta quinque libris Auguſtenſibus. Maiori eccleſie Auguſtenſi. perpetuo poſſidendam. Cuius Curie proprietatem et poſſeſſionem cum omni ivre quod in dicta Cvria michi et meis poſteris competebat vel deinceps competere potuiſſet. poſtmodum. per manum ſupradicti Auunculi mei. videlicet domni Bertholdi de Vluſſen. contradidi Eccleſie memorate. Profiteor etiam preſentium teſtimonio. me prefatam pecuniam tem-

pore contractus recepiſſe. et in uſus proprios conuertiſſe. Ne autem contra prefatam venditionem meam. aliquis heredum meorum in preiudicium ſalutis anime mee veniat. vel uenire poſſit. preſentem litteram ſuper ipſą conſcriptam. Sigillo venerabilis domni Sibotonis Augustenſis Episcopi. necnon Sigillo mariti mei. videlicet domni Cvonradi iunioris de Mazzenſiez. quia proprium non habui Sigillum volui. et optinui roborari. Teſtes Huius facti ſunt. Domnus Lvdewicus prepoſitus. Domnus Sifridvs decanus. Domnus Albertus Scolaſticus. Domnus Cvono plebanus. Domnus Wernherus Cvſtos. Domnus Sifridus Inningenſis. Domnus Rvopertus de Svmervowe. Domnus Volricus de Knoeringen. Domnus Hainricus de Baizwil. Canonici Auguſtenſes. Hiltebrandus. Hainricus Erneſtus. Hainricvs de Zvſmarhvſen. Fridericus Hirnlinus. Sacerdotes. Marquardus Magiſter frugum. diacons Hartwicus. Hainricus Nvodungus. Socii de choro. Auguſtenſis Eccleſie. Wolfhardus nobilis de Haſelach. Cvonradus Spannagel. Berhtoldus et Albertus de Vluſſen. Cvonradus iunior de Mazzenſiez. Berhtoldus de Bobingen. Liebhardus de Inningen. Fridericus dictus Dahs. Sifridus de Bannakker. Oſwaldus. Volricus Camerarius. Milites. Hainricus de Schongov Civis Auguſtenſis. et alii plures. Acta ſunt hec Anno domini Milleſimo. CC. Quadrageſimo Sexto. Indictione. iiij. xv. Kal. Aprilis. In choro occidentali. matricis eccleſie. coram Altari Beate virginis MARIE.

LXXI.

Anno 1246. 15. Aprilis. In Mazzenſiez.

Cunradus iunior de Mazzenſiez, Albertus et Berhtoldus de Vluſsen et Manegoldus de Subenaiche ecclesiae matrici August. curiam in Aitingen, ab Ita filia quondam Heinrici de Subenaiche eidem venditam, ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum confirmant.

In Nomine Patris. et Filii. et Spiritus ſancti. Amen. Crm facta mortalium. niſi plena ſecuritate gaudeant a malignorum inſultibus plerumque ſoleant impugnari. Nos Cronradus irnior de Mazzenſiez Albertus. et Berhtoldus. de Vluſſen. Manegoldus de Subenaiche. Notum eſſe cupimus rniverſis preſens ſcriptum intrentibus. quod nos indempnitati *Matricis* Eccleſie pie intendentes eidem eccleſiae ſub ypotheca *omnium* bonorum noſtrorum fideliter promiſimus. Nos *cuilibet hominum* ipſi ſuper proprietate ſeu poſſeſſione crrie in Aitin*gen ſite quam* domina. Ita. filia quondam domini Hainrici de Sub*enaiche.* ſibi quondam a Marito ſuo domino Diepoldo irniore de Aitingen felicis memorie nomine donationis propter nuptias contraditam. filia ſua Irmingarde conſenciente dicte Eccleſie pleno iure tenendam rendidit. ſicut in inſtrrmento ſuper eadem renditione confecto plenius continetur. queſtionem ſeu inconmodum aliquod ſuſcitanti. vel quocunque modo ſibi eandem crriam uſurpanti ad plenum Reſponſuros. ita ut memorata Ec*cleſia* omnino illeſa remaneat et indempnis. Vt autem ſuper hiis plenam ſecuritatem habeat. preſentem paginam ei in testimonium conſcribi fecimus. et munimine. sigillorum videlicet mei Cronradi iunioris de Mazzenſiez. necnon domini Cronradi dicti Spannagel. tradidimus roboratam. Quia nos. Albertus. et Berhtoldus. de Vluſſen. Manegoldus de Sibenaiche. Sigilla propria non habuimus. Sigillo domini Cronradi Spannageli. contenti ſumus. Acta ſunt hec Anno domini M. CC. xl. vi. Indictione iiii. xvii. Kl. Maij.

In Nouo Caſtro Mazzenſiez. Preſentibus. Domno Cvonrado ſeniore de Mazzenſiez. domno Hainrico Decano de Mazzenſiez. domno Hainrico de Zvmaerhuſen. Canonico ſancte Gerdrudis Auguſtenſis. et aliis quam pluribus. tam clericis. quam laycis.

LXXII.

Anno 1246. 8. Septembris.

Siboto episcopus capitulo ſuo molendinum in Aitingen, a fratruele ſuo Heinrico de Sevelt eidem venditum appropriat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Siboto dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Episcopus notum eſſe uolumus vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum intuentibus. quod Hainricus fratruelis noſter de Sevelt Molendinum ſitum in Aitingen Occidentali cum agris. Pratis dictis. Ovwe et. Diepoldi M. areis ac vniuerſis attinentiis quod a nobis et ab eccleſia noſtra tenebat in feudo conſenſu ac uoluntate noſtra ad hoc plenius accedente dominis Eccleſie noſtre Canonicis pro certa ſumma pecunie vendidit quam ſe coram nobis confeſſus eſt tempore contractus recepiſſe. Ipſe etiam jus feudale quod ſibi in dictis bonis conpetebat in manibus noſtris reſignauit hoc pacto. vt nos proprietatem eorundem bonorum ipſi Capitulo conferremus. Nos igitur utilitatibus ſeu commodis prefati Capituli ex debito intendentes ipſi prouida deliberatione prehabita proprietatem dictorum bonorum in vſus prebendarum contulimus perpetuo poſſidendam. Vt autem ſuper hiis nunc et in poſterum nulla prorſus dubitatio ualeat ſuboriri. tam in prefate venditionis quam noſtre donationis teſtimonium euidens. memorato Capitulo preſentem paginam ſuper premiſſis conſcriptam fideliter donauimus Sigilli noſtri munimine roboratam. Hujus teſtes ſunt Hainricus Camerarius de Wellenburc. Eberhardus Summus villicus. Berhtoldus de Bobingen. Oſwaldus. Volricus Camerarius de

Pfrvndorf. Minyſteriales Eccleſie Auguſtenſis. Volricus Fvndanus. Cvonradus curialis ceruus. Hainricus Schongovenſis. Hainricus de Wilhain. Ciues Auguſtenſes. Mochingenſes. Heinricus de Heibach. Volricus de Mvtingen. milites. Heinricus de Vonegen. Cvonradus Camerarius. Brohlitaer prepoſitus Hainrici de Sevelt. Cvonradus Vinke. Wernhardus de Stainibach. Cvonradus. Villicus de Strazperg. Egelolfus Villicus de Lanquatvn. et alii quam plures. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. xl. vj. Indictione iiij. In Natiuitate ſancte Marie. virginis.

LXXIII.

Anno 1249. 20. Septembris. Lugduni.

Innocentius IV. conventui monialium de Wihemberch tempore interdicti celebrare officia concedit.

Innocentius *episcopus* ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis. Pre*poſito et Conuentui* Monialium de Wihemberg ordinis ſancti Au*guſtini Auguſtenſis* dioceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. *Deuotionis* ueſtre precibus inclinati. auctoritate uobis preſentium indulgemus ut cum generale terre fuerit interdictum liceat uobis clauſis ianuis excomunicatis nominatim et interdictis excluſis non pulſatis campanis et uoce ſuppreſſa diuina celebrare officia dummodo cauſam non dederitis interdicto nec id uobis contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni. XII. Kal. Octobris. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

LXXIV.

Anno 1250. 23. Julii. Lugduni.

Innocentius IV. capitulo August. concedit tempore generalis interdicti clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis ſubmiſsa voce officia divina celebrare.

Innocentius episcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Capitulo Auguſtenſi Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a laude creatoris ſilere non debeat lingua carnis prouideri a nobis humiliter poſtulaſtis ne pro aliena culpa ceſſare a diuinis officiciis uos contingat. Eapropter auctoritate uobis preſentium indulgemus ut tempore genaralis interdicti liceat uobis clauſis ianuis excommunicatis et interdictis excluſis non pulſatis campanis ſubmiſſa uoce diuina officia celebrare dummodo cauſam non dederitis interdicto aut id uobis non contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni X Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno Octauo.

LXXV.

Anno 1250. 26. Julii. Lugduni.

Innocentius IV. indulget capitulo August. ut nullatenus teneatur in turbido isto rerum statu aliquibus per literas pontificias de personatibus vel praebendis providere, aut super his coram delegatis a ſe iudicibus reſpondere.

Innocentius episcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Capitulo Auguſtenſi Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis quod nonnulli compaſſionis ſpiritum erga ueſtram eccleſiam non habentes cum ipſa que inter ceteras Alamannie eccleſias tam in ſpiritualibus quam in temporalibus florere conſueuerat ab antiquo nunc propter diſcordiam generalem in diuinis ſit obſequiis quamplurimum imminuta et in temporalibus quaſi ad nichilum iam redacta ita quod Canonicis ipſius propter alimentorum penuriam et perſonarum metum ex temporis malitia procedentem in diuerſa diſperſis non poteſt in ea Capitulum congregari. uos ad diuerſa loca et interdum uno et eodem die coram diuerſis trahunt executoribus ſuper dignitatibus et beneficiis in eadem eccleſia obtinendis propter quod non poteſtis ab ipſorum moleſtiis reſpirare niſi uobis per ſedis apoſtolice prouidentiam ſuccurratur. Nos igitur ſuper huiusmodi uexationibus uobis et eidem eccleſie congruam uolentes adhibere medelam. ut niſi prius in eccleſia ipſa poterit prout conſueuit Capitulum conuenire aliquibus prouidere in eccleſia ipſa per litteras noſtras nullatenus teneamini de perſonatibus uel prebendis aut ſuper hiis coram delegatis a nobis iudicibus reſpondere auctoritate uobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum

Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni VII. Kalendas Auguſti. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

LXXVI.

Anno 1250. 28. Julii. Lugduni.

Innocentius IV. mandat decano ecclesiae Friſingenſis non permittere, ut capitulum August. de residentia perſonali a quoquam molestetur.

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio. Decano eccleſie Friſingenſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Auguſtenſis eccleſie utilitatibus prouidere ac grauaminibus precauere impoſterum ſollicitudine paterna uolentes cum ut proponunt dilecti filii Capitulum ipſius eccleſie nonnulli quos ibidem in Canonicos receperunt prebendarum ſuarum percipiant cum integritate prouentus non curent ſicut debent reſidentiam ibi facere perſonalem propter quod dicta Eccleſia debitis obſequiis defraudatur eiſdem Capitulo auctoritate litterarum noſtrarum duximus indulgendum ut nullos teneantur recipere in Canonicos et in fratres per noſtras uel legatorum noſtrorum litteras impetratas vel etiam impetrandas niſi parati ſint in eadem eccleſia ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam ibidem perſonaliter reſidere. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus prefatum Capitulum non permittas ſuper hiis contra conceſſionis noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores huiusmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni. V. Kalend. Auguſti. Pontificatus noſtri anno Octavo.

LXXVII.

Anno 1251. 9. Maii. ap. Gunzille.

Hermannus electus et confirmatus ad tollendam diſſensionem inter se et cives August. quaedam privilegia eisdem concedit.

Ed. in: Sammlung deutscher Rechts-Alterthümer von M. Fr. v. Freiberg p. 8 tum in: Die Mediatisirung des deutschen Reichs von G. W. Hugo. p. 205.

LXXVIII.

Anno 1251. 9. Maii. ap. Gunzille.

Capitulum illata ſibi a civibus August. damna benigne remittit.

In nomine Patris. et filii et Spiritus Sancti. Amen. Nos *Ludewicus Prepositus.* Sifridus Decanus. Chvono Plebanus. *Wernherus* Custos. Chvonradus Cellerarius. Sifridus de Inningen. Canonici August. Ecclesie. Notum fieri cupimus vniversis presentem paginam inspecturis. quod nos ad instantiam domini Electi nostri et Confirmati omnes actiones que nobis adversus cives Augustenses competebant. ex eo quod ipsi cives curias et domos quasdam Capituli nostri ausu nefando destruere presumpserunt. ipsis ſponte et de bona voluntate ex parte nostra et tocius capituli nostri duximus remittendas. Eosdem quoque ab omni impetitione nostra ſuper premissis absolutos existere presentibus litteris protestamur. Ipse ſiquidem Electus noster nobis pro ipsis civibus de premissis plenariam ſatisfactionem exhibere promisit. Ne autem de hiis inter nos et dominum nostrum Electum. nec non et cives ipsos aliqua possit in posterum dubitatio ſuboriri. presentem paginam ſuper hiis fideliter conscribi fecimus. et Domini Electi ac Capituli nostri ſigillorum munimine roborari. Acta ſunt hec Anno

Domini M. CC. LI. VII. Idus Maii. aput Gunzzille coram ipso Electo. fratribus Hainrico de Walthovsen Priore. Hainrico de Mor Superiore. Gisone. Theophilo de Ordine Predicatorum. fratribus Hainrico Wardiano. Alberto de Landeshut. Sifrido de Holenbach. Alberto de Erinsheim. de ordine Minorum in Augusta. Civibus autem eiusdem civitatis. Vlrico. Fundano. Chvonrado. Cervo ſeniore. Chvonrado Barbo. Hainrico de Wilhaim. et aliis quam pluribus honestis viris ad hoc presentibus et rogatis.

LXXIX.

Anno 1252. 17. Junii. Augustae.

Hartmannus ep. prioriſsam et conventum de Litun in ſuam protectionem recipit.

Hartmannus Dei gratia Aug. Ecclesie Electus et Confirmatus. Vniversis Chriſti fidelibus. ad quos presens ſcriptum pervenerit. Salutem in filio Dei. Cum religioni vacantibus defensionis nostre velimus adesse presidium. vt et nostro favore adiuti deo liberius famulentur. noverit tam presentium quam futurorum ſolertia. quod nos Religiosas et dilectas in Chriſto ſorores Priorissam et conventum de Litun ordinis ſancti Sixti in nostram protectionem recepimus ſpecialem volentes eas nostro munimine confoveri. Eapropter autem presentium firmiter inhibemus. ne quis eas in perſonis ſeu rebus vel nunciis earum gravet indebite aut molestet. Quod qui presumpserit. nos offendisse ſciat et ex hoc indignationem nostram graviter incurrisse. Datum Auguste anno Domini M.CC.LII. Indict. X. XV Kalend. Julii.

LXXX.

Anno 1253. August.

Hartmannus ep. Henrico Schongowensi civi August. molendinum episcopale oppignorat.

In nomine ſancte ac indiuidue trinitatis. Amen. Euaneſcunt in tempore que fiunt in tempore niſi recipiant a uoce teſtium. aut ſcripti memoria firmamentum. Notum ſit igitur tam poſteris quam preſentibus. preſens ſcriptum legentibus et audientibus. quod cum ego Hartmannus Auguſtenſis Eccleſie Electus et Confirmatus. in centum et quinquaginta libris Auguſtenſibus domino Hainrico Schongowenſi civi Auguſtenſi eſſem obnoxius. quas ego et anteceſſor meus dominus Siboto ab ipſo mutuo acceperamus propter Eccleſie noſtre neceſſitatem et vtilitatem. ipſum ac heredes eius cum communi conſenſu et conſilio Capituli noſtri. Molendino in Auguſta quod Epiſcopale dicitur ac dimidio manſu in Bobingen *infeudaui*. ob dicte pecunie ſolucionem. Talem ſiquidem *condicionem* adiungens. vt ſi quando ego vel aliquis meorum *ſucceſſorum* eadem bona redimere voluerimus. quod ſuper hoc *liberam* habeamus poteſtatem. Post ſolucionem vero prefate ſumme domino. H. vel heredibus ſuis factam ſepedicta bona ſine qualibet contradictione ad Eccleſie noſtre proprietatem totaliter libera reuerti debebunt. Ne autem ſuper premiſſis aliqua callumpnia poſſit ſuboriri preſentem paginam conſcribi feci et Sigillo proprio et noſtri Capituli pro ſufficienti teſtimonio iuſſi roborari. Teſtes huius rei ſunt. Otto aduocatus Auguſtenſis. *Vlricus* Fundanus. Conradus curialis ceruus. Conradus ſenior barba. Hainricus de Wilhein. Wernherus Cancellarius. Volquinus Cives Auguſtenſes et alii quam plures. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LIII. Menſe Auguſto. Indictione. XI.

Ex copia anno 1264. 28. Novemb. a capitulo vidimata.

LXXXI.

Anno 1254. 4. Maii. Augustae.

Lis inter Hartmannum ep. et cives Augustanos orta componitur.

Ed. in: Hugo Mediatisirung etc. p. 207.

LXXXII.

Anno 1256. 8. Decembris. Mergarten.

Transactio inter Hartmannum ep. et Albertum de Sumerowe ſuper jure patronatus et poſseſsionibus in Seegge.

H. dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem in omnium ſaluatore. Vt ea que ad bonum pacis fiunt in ſuo robore perſeuerent, expedit ea ſcripture et teſtium ſubſidio ſolidari. Eapropter nouerit tam preſentium quam futurorum ſollertia. quod cum inter nos et Albertum de Sumerowe ſuper iure patronatus et poſſeſſionibus in Seegge Eccleſie noſtre pertinentibus fuiſſet lis et queſtio ſuſcitata. Nobis aſſerentibus idem ius patronatus ad nos et poſſeſſiones ipſas ad eundem Albertum titulo-pignoris pertinere. Illo econtra proponente, quod predictas poſſeſſiones in feudo poſſideret. Tandem venerabili fratre Ruperto Abbate Campidonenſi, et quibusdam aliis de ſubſcriptis mediantibus Anno domini MCCLVI Ind. XIII. Kal. Junii in Aula Palacij noſtri ſuper premiſſis amicabilis in hunc modum compoſitio interceſſit. quod ipſe Albertus omne Jus feudi quod in predictis poſſeſſionibus ſe habere aſſeruit, uel quod ſibi uidebatur competere in eisdem, in noſtris

manibus reſignauit, nobis recongnoſcens, et nos ei recognoſcentes, quod premiſſas poſſeſſiones pro ducentis et viginti quinque Marcis argenti titulo pignoris poſſideret. Jus autem patronatus recongnouit ad nos et Eccleſiam noſtram liberaliter pertinere. Nos itaque eidem Alberto puro corde remiſimus quicquid ipſe et progenitores eius ultra ſortem de ipſo pignore perceperunt. Super ipſo quoque pignore nulla dicto Alcerto a nobis, uel ſucceſſoribus noſtris debet lis ſeu queſtio ſuſcitari. immo pignus ipſum ad noſtram non redibit eccleſiam, antequam ipſe Albertus de premiſſa pecunia fuerit expeditus. niſi forte ipſe Albertus ſaluti ſue proſpiciens quicquam ſponte de ipſa ſorte duxerit remittendum. Idem autem pignus nos et ſucceſſores noſtri annis ſingulis a die Natiuitatis domini, uſque ad Dominicam Jnuocauit iucluſiue redimere poſſumus quandocumque ad id nobis obtulerit ſe facultas. Ad hec profitemur, quod nos predicto alberto feudum ſoluens annuatim quinque libras auguſtenſes ubicumque nobis ultra villam Erringen primum uacare ceperit conferre tenemur. *Item* ipſe Albertus a die dicte Dat. tres proventus Eccleſie *Seeg̊ge* debet percipere, ita quod medio tempore ius *inſtituendi et* deſtituendi vicarium ibidem, et Dotarios, et Colo*nos aput* Marquardum de Beringen eccleſie noſtre Canonicum, *cui ipſ*am eccleſiam Seegge canonice contulimus remaneat pleno iure. Quibus perceptis, idem Marquardus eccleſiam ipſam cum ſuis prouentibus quiete et pacifice tenebit amodo in poteſtate et uſu, ipſo Alberto non obſtante. Vt igitur ſuper premiſſis nulla prorſus in poſterum poſſit ambiguitas ſuboriri, immo ut in debita maneant firmitate, preſentes inde confectas Sigillis uidelicet dicti Domini Ruperti Abbatis Campidonenſis, et noſtro, nec non *Capit*uli noſtri, et ſupradicti Alberti de Sumerowe fecimus communiri. Teſtes ſunt Idem dominus Abbas Campidonenſis. dominus Sifridus Decanus. Sifridus Scolaſticus. Wernherus Cuſtos. Rudolphus Vicedominus. Hermanus de Richen. Sifridus de Algishuſen Canonici Auguſtenſes. Nobilis Vir dominus Albertus Comes de Dilingen. Rvodolfus de Hohinegge et Berhtoldus filius eiusdem. Waltherus de Huginanc. Volcmarus de Kemenaten. Heinricus et Sifridus Marſcalci, Sifridus Dapifer de Dornſperc.

Heinricus Camerarius de Wellenburc. Vlricus de Waeldiu. Sifridus de Baizwile. Hermannus de Sulzperc. Volcmarus Pincerna de Sulzperc. Hugo Marſcalcus de Wagegge milites, et alij quam plures Clerici et Laici tunc preſentes. Datum Mergarten Anno domini M. CC. LVI. Indictione XV. VI. Idus Decembris.

LXXXIII.

Anno 1257. 20. Maii. Dilingen.

Hartmannus ep. et Hartmannus comes Dilingensis bona sua in Staige et in Bitunstat hospitali suo in Dilingen donant.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hartmannus dei gratia Eccleſie augustenſis Episcopus et Hartmannus comes Dilingenſis. Vniuerſis preſentivm inſpectoribus Salutem in ichſu Chriſto. Ea que ſtudio pietatiſ geruntur ne obliuioniſ perimantur deuio preſertim expedit ſcripture et teſtium ſubſidio adiuuari. Qua propter nouerint vniuerſi fideles tam preſentes quam poſteri quod nos progenitorum noſtrorum ſalutem zelanteſ in ipſorum ac noſtrorum remiſſionem pecaminum nec non in remedium anime Alberti comitis cari noſtri pari ac communi conſilio et aſſenſu et ſpontanea uoluntate. bona noſtra in Staige et in bitunſtat. cum omnibus ſuis appenditiis, Siluis aquis queſitis et inquirendis. Hoſpitali noſtro in Dilingen titulo proprietatis tenenda perpetim donauimus pleno iure. Hec bona ab omni iure advocaticio eximentes. Vt autem hec noſtra donatio et ordinatio perpetuo robore ſolidentur. preſentes inde confectas Sigillis noſtris et aliorum Comitum nec non nobilium. Videlicet Volrici comitiſ de Wirtinberc, Friderici comitis de Zolr. Volrici comitis de Helfenſtein. Degenhardus nobilis de gundoluingen. Waltheri Hagonis nobilis de luterburc. fideliter roborauimus. dicto Hoſpitali perpetuo ualituraſ. Teſtes hujus ſunt dominuſ Volricus de Blochingen.

dominus Volricus de Weldiv. dominus Wernherus pincerna de Zolr. dominus Rvodolfus dapifer de Sevelinge. Henricus Lugelinus. Wicmannus Albero Hermannus milites de Aiſelingen. dominus Fridericus de Kazinſtein. Cvonradus de Kazinſtein. Berhtoldus de Hohſtetin. Volricus nobilis de pocheſperg Wernherus de Mahtofeſhein. et alii quam plures. Datum in dilingen anno domini Millesimo. CC. LVII. Indictione. XV. XIII. Kal. Junii.

LXXXIV.

Anno 1258. 21. Mart. Nifenhorn.

Coram Berhtoldo comite de Marſtetin, dicto de Niffen, Conradus de Rota, dictus Wacherniz, omnia bona ſua infra terminos parochiae Rot, et poſseſsiones suas in Cuzstetten patruis ſuis Wolfhardo de Rota canonico *August.* et nobili viro Gozzoldo aſsignat.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis. Bertol*dus, dei* gratia Comes de Marſtetin dictus de Nifen, Salutem, et noticiam ſubſcriptorum. Ea que fiunt ſub tempore, ne obliuionis calumpniam, lapſu temporis patiantur, ſcripture teſtimonio conſueuerunt adiuuari Nouerint igitur vite preſentis homines et future, quod Nobilis vir Cvnradus de Rota, dictus Wacherniz, Cvrtes, domos, terras tam cultas quam etiam incultas, prata, paſcua, piſcinas, lapicidinas, nemora, ſiluas, poſſeſſiones, illas *eciam,* quas ipſe ab aliis, uel alii ab ipſo tamquam vaſalli in *feodum,* uel pro annuo cenſu obtinebant, iure patronatus Eccleſie de Rota ſuperiori ſev aduocaticio cum vniuerſitate nominatim tranſeunte, loca Caſtrorum ſev molendinorum tam veterum quam nouorum, et generaliter ac vniuerſaliter omnia et ſingula loca ſiue bona, mobilia et immobilia, infra terminos parochie ſupradicte Eccleſie conſtituta, tam ex parte auſtrali, boreali, aquilonis, quam etiam ſeptentrionali, ad eum hereditario, proprietatis, dominij,

poſſeſſionis, feodali, aduocatitio, patronatus, pignoratitio, ſev quolibet alio iure pertinencia, homines quoque vtriuſque ſexus, diuiſos ac indiuiſos, cuiusque conditionis exiſtant, omnes et ſingulos ad eum ex ſucceſſione paterna deuolutos, infra prefatam parochiam, uel extra ipſam commorantes, Rvdo[illegible] Negillino dumtaxat excepto, necnon etiam poſſeſſiones ſiue bona in Cvzſtetin, cum omnibus attinentiis ſuis, et cum omni iure, honore, diſtrictu, juriſdictione et utilitate, domino Wolfhardo de Rota Canonico Auguſtenſi et Nobili viro. Gozzoldo fratribus, patruis ſuis, emptoribus, precio ſoluto ab ipſis, et recepto ab eodem, tamquam vendita, adhibita verborum ſollempnitate conſueta, in noſtra ac multorum diſcretorum preſencia, liberaliter et ſponte donauit, et parti bonorum in ſupradicta parochia conſtitutorum, que ipſum contingere videbatur, et que idem cum ſupradicto Gozzoldo patruo ſuo, uel ab aliis in feodum, uel alii ab ipſo tamquam vaſalli poſſidebant pro indiuiſo, necnon etiam omni iuri hereditarie ſucceſſionis ſupradictorum omnium et ſingulorum et eorum, que predicti Canonicus et Gozzoldus inpreſentiarum obtinent, uel in poſterum dei gratia acquirent, quantum ad predictos Canonicum et Goz. et alios eorum heredes preſentes et futuros, omnino et perpetuo renuncians, ſupradicta omnia et ſingula prenominatis Canonico et Gozoldo legaliter tradidit, et ad poſſidendum pleno iure et ſine contradictione qualibet aſſignauit. Huius autem rei teſtes ſunt et vna nobiſcum interfuerunt. Nobiles viri Albertus et Bertoldus filii noſtri Brvno de Shepburch. Cvnradus de Aſche. Wernherus de Nordeholz, Bertoldus et Wernherus de Natinhuſin. Cvnradus de Hverwin. Bertoldus de Bvech. Cvnradus de Rota dictus Swincriſte. Hainricus dictus Spado. milites. Item Bertoldus de Haſala. filii ſpadonis, laici, et alii quam plures. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, et noſtro ſigillo mvniri. Actum Anno domini MCC LVIII XII Kalend. aprilis. apud Niſenhorn pontificatus domini Alexandri pape. IIII. Anno Quarto.

(C. S.)

LXXXV.

Anno 1258. 26. April. Roggenburch.

Coram comite Berhtoldo de Marstetin, dicto de Niffen, nobilis vir Cunradus de Rota, dictus Wackernez, Wolfhardo de Rota canonico August. et Gozzoldo patruis ſuis poſseſsiones in Northoven vendit.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentes litteras inspecturis Bertoldus dei gratia Comes de Marstetin, dictus de Nifen, Salutem et noticiam ſubſcriptorum. Noueritis quod Nobilis vir. Cvnradus de Rota, dictus Wackernez, domino Wolfhardo de Rota Canonico Auguſtenſi et Gozzoldo fratribus patruis ſuis, Cvrtes, domos, prata, terras, cultas et incultas, ſiluas, nemora, paſcua et poſſeſſiones, in *Northouen*, dominii, proprietatis, poſſeſſionis, pignoraticio, ſev *aduocaticio* iure, aut quolibet alio modo ad ipſum *pertinentes*, *cum* omni iure, honore, diſtrictu, iurisdictione, ac *aliis pertinen*ciis ſuis, precio recepto, tamquam uenditas, omnes *et ſingulas* ſponte tradidit, et ad poſſidendum pleno iure, et ſine contradictione qualibet aſſignauit. Huius autem rei teſtes ſunt et hiis vnâ nobiſcum interfuerunt. Dilecti in Chriſto. E. prepoſitus. D. prior vl. et Hemerlinus Canonici de Roggembûrc. Item Plebanus de Hegelnhouen. Wernherus de Nordeholz. miles et alii clerici et laici quam plures. In cuius rei teſtimonium, preſentes litteras *fieri* fecimus et noſtro ſigillo roborari. Actum Roggenburch Anno domini M. CC LVIII. VI. Kal. May.

LXXXVI.

Anno 1258. 29. Decembris. Augustae.

Hartmannus ep. ecclesiae suae castrum et oppidum Dilingen, advocatias et omnes poſseſsiones ſuas inter Danubium et terminos, qui Rieſzhalde dicuntur, nec non inter villam Nawe et Blinthain ſitas, insuper advocatias monasterii in Nerenshain et praedium ſuum in Nortvelden donat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hartmannus dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus. Salutem in omnium ſaluatore. Vergente in ſeculum peccati nubilo ſol iuſtice multiformi gratia ſic mentes fidelium ſerenauit vt fugatis ignorantie tenebris creatura ſuum cognoſceret dignis honoribus attollere creatorem. Ad cuius laudem et gloriam terrene ſubſtantie talentum nobis creditum ſic debemus et nos diſponere ut ratione reddita audire mereamur in gaudio vocem domini commendantis. Euge ſerue bone etc. Nouerit igitur tam preſentium quam futurorum ſollertia, quod nos incentiuo debite ac ordinarie caritatis, qua Eccleſie noſtre, ſponſe nobis a deo commiſſe, adeſſe tenemur propenſius inducti, in noſtre ſalutis augmentum, ac optatum progenitorum noſtrorum remedium. Necnon in compenſationem negligentie ſiquam forte in cura paſtorali et officij noſtri miniſterio commiſimus. Caſtrum et Oppidum Dilingen. Iura quoque patronatus Eccleſiarum Aduocatias, ac vniuerſas poſſeſſiones noſtras inter Danubium et terminos qui Rieſzhalde dicuntur. necnon inter villam Nawe et Blinthain ſitas, que proprietatis titulo iureque hereditario nos contingunt queſitas et inquirendas in terris. Agris. Pratis. Paſcuis. Nemoribus Siluis. viis et inuiis. in Boſco et in plano. Aquis. aquarum decurſibus. Molendinis. piscationibus. exceptis prediis

noſtris in Hvrwin. Inſuper Aduocatias Monasterij in Nerenshain et prediorum eius, ac uniuerſa iura et predia noſtra, que de proprietate et bonis Nerenshain ubicumque locorum ſita nobis pertinent, Necnon totum predium noſtrum, cum omnibus appenditiis in Nortvelden citra Danubium jure proprietario nos contingens Eccleſie noſtre proprietatis titulo donamus, et ea prediis eius antiquis, que in preſentiarum obtinet, incorporamus, et ius utendi fruendi eiſdem, ad ipſius Eccleſie dominium, et ſucceſſorum noſtrorum uſus perpetuos adunamus. Ceterum ad uberius eccleſie noſtre ſubſidium et honoris incrementum, ipſam dotantes et ſublimantes, eidem vniuerſos ac ſingulos Miniſteriales noſtros vtriusque ſexus, ubicumque reſidentes. Volrico de Hamerſteten, Hermanno de Scheppach, Hainrico fratre ipſius. Hainrico de Weſternach. Pueris de Schnaiteberc. Pueris de Wiſzenſtain. necnon hominibus noſtris in Vlma dumtaxat exceptis. Inſuper colonos et homines alios mares et feminas, quocunque titulo aut nomine cenſeantur, ad nos iure hereditario deuolutos ubicumque locorum reſideant, donamus. Inter quos maiores, qui *Miniſterialium* nomine funguntur, quatuor officialium Eccleſie *noſtre iuris* participationi incorporamus, et ceterorum Miniſterialium *conſortiis* adunamus. Ita ut quocumque caſu de perſona uel *ſtatu noſtro* emergente omnium premiſſorum que donauimus, tam bonorum, quam hominum uſufructus nobis pro vita noſtra remaneat. niſi forte ſub litterarum noſtrarum et bonorum uirorum teſtimonio, hiis ſponte ceſſerimus et bona renunciauerimus uoluntate. Ne igitur preſentis noſtre donationis ſileſcat memoria, immo ut peruigil et firma perpetim perſeueret, preſentes per Albertum notarium noſtrum, Eccleſie ſancti Mauritij noſtre Ciuitatis canonicum inde conceptas et conſcriptas, ſigillo noſtro munimus perpetuo valituras. Facta eſt hec donatio in Ara glorioſe ac perpetue virginis Marie. chori Auguſtenſis. hora prima. Anno domini. Milleſimo. CC. LVIII. Indictione ſecunda. III. Kal. Januarii. die ſancti thome Cantuarienſis Archiepiſcopi. Viris venerabilibus. domino Ludwico ſummo prepoſito. Sifrido Decano. Cvonone plebano. Marquardo Scolaſtico. Rvodolfo Vicedomino. Volrico cuſtode. Volrico Cellerario. Ottone Oblayco. Volrico de Althain. Mar-

quardo de Nidelingen. Hermanno ſummo Villico. Ludewico de Dilingen. Hainrico de Stauffen. Hawardo. Magiſtro Volcmaro de Rovmſperc. Sifrido de Algishuſen. Volcmaro de Waſzerburc. Hainrico Pincerna. Friderico de Gingen. Diethero. Berhtoldo de Niffen. Rvdolfo de Hurnhain. canonicis maioris Eccleſie. fratre Hainrico de Movre Priore, fratre Reinhardo ſubpriore. fratre Alberto Guſſone. fratre Vlrico. ordinis et domus fratrum Predicatorum. Auguſte. Volrico ſancti Georij. Volrico ſancte Crucis prepoſitis. Hermanno Decano. Hainrico Plebano. Hainrico Scolaſtico, Wernhero Curiale Ceruo. Gotfrido. Rvodolfo de Hurnhain. canonicis ſancti Mauritij Ciuitatis Auguſtenſis. Conrado Decano de Willamſhuſen. Brvonone nobile de Eberſtal. clericis. Item Wolfhardo nobile de Haſelach. Sifrido Dapifero de Donerſperc. uerba et formam donationis inſtruente, Berhtoldo de Hoſteten. Ortolfo de Watenwilaer. Ottone Burgrauio Auguſtenſi. Oswaldo. Ottone de Bobingen. Hermanno de Isenbrehtshouen. Conrado Anfora. Conrado de ſancto Sepulcro. militibus. Item Hainrico Schongowenſi. Vlrico fundano. Conrado ſeniore. Conrado juniore. Sibotone curialibus ceruis. Conrado ſeniore barba. Conrado filio eius. Volcwino. Hainrico de Wilhain. Wernhero Cancellario Ciuibus Auguſtenſibus aliiſque plurimis preſentibus, et de viſu et auditu rei geſte perhibentibus teſtimonium veritatis.

LXXXVII.

Anno 1259. 2. Januarii.

Hartmannus ep. pontem Vindeliciae et curiam quandam Heinrico Schongower, civi Augustensi, oppignorat.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopis. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Ne geſtorum ſileſcat memoria nec obliuionis deuio veritas perimatur expedit eam ſcripture ac teſtium ſubſidiis adiuuari. Ea propter nouerit

vniuerſorum ſollercia. quod nos accedente maturo Capituli noſtri aſſenſu receptis proinde Ducentis ſeptuaginta libris Auguſtenſibus quas iuxta eiuſdem Capituli noſtri conſilium in vſus eccleſie noſtre conuertimus. Pontem Vindelice cum debitis inde nobis redditibus Quinquaginta duorum modiorum Siliginis. et Sex librarum denariorum Auguſtenſium. Necnon iuxta Portam Ciuitatis noſtre que ducit verſus Hüſteten Curiam noſtram Villicalem cum penſionibus novem librarum Auguſtenſium nobis de ipſa debitis Hainrico dicto Schongower Ciui noſtro ſuiſque heredibus in feudum contulimus concedentes eis ius vtendi fruendi eiſdem et locandi ac deſtituendi in vtriſque liberam facultatem. In homines eciam locatos in eiſdem nullas angarias ſeu exacciones faciemus. nec ab eis precarias aliquas aut *h*onerofa ſeruicia requiremus. Eo ſaluo vt quandocumque nobis aut ſucceſſoribus noſtris voluntas et facultas fuerit idem feudum comparandi et bona premiſſa coniunctim vel diuiſim ad Eccleſiam reducendi pro Ponte Centum et Octuaginta. pro Curia vero nonaginta libris denariorum Auguſten*ſium* eidem Ciui ac ſuis heredibus ſolutis non obſtantibus *eis vniverſa* predicta ad Eccleſie noſtre redeant libertatem. *Vt itaque* iidem Ciuis et heredes eius gaudeant poſſeſſione *pacifica* premiſſorum ad *h*abundantem cautelam et indemnitatem de bona voluntate et conſenſu ipſius Capituli noſtri adiecimus ſtatuentes. quod ſi per nos aut ſucceſſores noſtros vel Capitulum noſtrum inpedimentum iniuria ſeu dampnum aliquod dicto Ciui aut heredibus ſuis irrogabitur in premiſſis et illata grauamina poſt eorum requiſicionem infra quatuordecim dies amputata non fuerint et ſopita extunc leſi Sex Domos ipſius Capituli noſtri videlicet Domum Judeorum et adiacentem Domum Calciatorum. et lapideam. et duas Domos ligneas inſtitarum. et Domum inter ſartores que Liupoldi ſartoris dicitur ſine iudicio et Judicis nuncio in ſuam redigent poteſtatem. tamdiu eas et vſufructus earum tenentes quouſque eis fuerit ſatisfactum. In quorum evidens teſtimonium et ratihabicionem Capituli noſtri preſentes inde confectas noſtro et eiusdem capituli noſtri Sigillis fideliter duximus muniendas. Teſtes ſunt. Sifridus Dapifer. Hainricus et Sifridus Marſcalci de Donreſperc. Otto Burgrauius. Oſwaldus.

Vlricus de Auguſta milites. Vlricus Fundanus. Conradus ſenior. et Conradus minor. Liupoldus dicti Stolzhirz. Hainricus de Wilhein. Conradus barba. et Conradus filius eius. et alii plures cum Canonicis ſubnotatis. Acta ſunt hec Anno domini M. CC. LIX. Indictione. II. IV. Non. Januarii. Domno Ludewico ſummo prepoſito. Sifrido Decano. Cunone plebano. Marquardo ſcolaſtico. Rudolfo Vicedomino. Vlrico Cellerario. Vlrico. Cuſtode. Ottone Oblaico. Hermano de Richen. Hainrico de Stauffen. Ludewico de Dilengen. Marquardo de Nidelingen. Magiſtro Volcmaro. de Rumesperc. Volcmaro de Wazerburc. Hainrico de Algishuſen Hawardo. Hainrico pincerna preſentibus et conſencientibus in Capitulo memorato.

Ex copia anno 1264. 28. Novembris. a capitulo vidimata.

LXXXVIII.

Anno 1259. 2. Januarii.

Hartmannus ep. Heinrico Schongowensi, civi August. pro C. lib. den. Theloneum civitatis ſue confert.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in omnium ſaluatore. Ad conſeruandam in veritatis robore geſtorum memoriam ne ſucceſſu temporis ignorancie deuio pereat inuoluta expedit eam ſolidari amminiculo ſcripturarum. Eapropter nouerit diſcrecio ſingulorum. quod nos de communi et bona noſtri Capituli uoluntate receptis prouide a Cive noſtro Hainrico Schongowenſe Centum libris denariorum Auguſtenſium quos iuxta eiuſdem Capituli noſtri conſilium in vſus eccleſie noſtre conuertimus Thelonium noſtre Ciuitatis eccleſie noſtre pertinens ab antiquo Civis eiuſdem filiis Conrado videlicet et Sibotoni iure perſonali quod volgariter lipgedinge dicitur ſine quolibet ſeruiciorum honere exceptis dumtaxat tribus libris Auguſtenſibus ſoluendis annuatim in Cena domini et in operimentum pauperum conuertendis contulimus. cum

vſufructu debito quoad uixerint poſſidendum. ſaluo per omnia iure dicto Ciui quod in eodem Thelonio ſibi dudum apud nos conquiſiuit ſicut in Inſtrumento inde confecto plenius eſt expreſſum. Vt itaque dicte perſone Conradus videlicet et Siboto gaudeant poſſeſſione pacifica premiſſorum ad habundantem cautelam et indempnitatem de bona voluntate et conſenſu ipſius Capituli noſtri adiecimus ſtatuentes. quod ſi per nos aut ſucceſſores noſtros vel Capitulum noſtrum impedimentum iniuria ſeu dampnum aliquod dictis perſonis irrogabitur. in premiſſis et illata grauamina poſt earum requiſitionem infra Quatuordecim dies amputata non fuerint et ſopita extunc perſone leſe Sex Domos ipſius Capituli noſtri videlicet Domum Judeorum et adiacentem Domum Calciatorum et lapideam. et duas Domos ligneas inſtitarum. et Domum inter ſartores que Liupoldi ſartoris dicitur ſine iudicio et iudicis nuncio in ſuam redigent poteſtatem tamdiu eas et vſufructus earum tenentes quouſque eis fuerit ſatisfactum. In quorum euidens teſtimonium ratihabicionem Capituli noſtri preſentes inde confectas noſtro *et* eiuſdem Capituli noſtri Sigillis fideliter duximus muniendas. *Teſtes* ſunt. Sifridus Dapifer. Hainricus et Sifridus *Marſcalci de* Donreſperc. Otto Burgravius. Oſwaldus. Vlricus de *Auguſta milites*. Vlricus Fundanus. Conradus ſenior. et Conradus *iunior*. Liupoldus dicti Stolzhirz. Hainricus de Wilhein. Conradus barba. et Conradus filius eius. et alii plures cum Canonicis ſubnotatis. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LIX. Indictione. II. IV. Nonas Januarii. Domno Ludewico ſummo prepoſito. Sifrido Decano. Cvnone plebano. Marquardo Scolaſtico. Rudolfo Vicedomino. Vlrico Cellerario. Vlrico Cuſtode. Ottone oblaico. Hermanno de Richen. Hainrico de Stauffen. Ludewico de Dilengen. Marquardo de Nidelingen. Magiſtro Volcmaro de Rumeſperc. Volcmaro de Wazerburc. Hainrico de Algishuſen. Hawardo. Pincerna preſentibus et conſencientibus in Capitulo memorato.

Ex copia anno 1264. 28. Novembris. a capitulo vidimata.

LXXXIX.

Anno 1259. 2. Januarii.

Capitulum oppignorationes praecedentes Heinrico dicto Schongawer ab Hartmanno ep. factas communit.

Vniverſis preſencium inſpectoribus. Ludewicus Prepoſitus. Sifridus Decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis Salutem in omnium ſaluatore. Ad habendam geſtorum memoriam expedit eam ſcripture ſubſidiis adiuuari. Ea propter tenore preſencium liquido profitemur. quod venerabilis pater et dominus noſter Hartmannus Eccleſie noſtre Epiſcopus. receptis prouide Ducentis et Septuaginta libris Auguſtenſibus. Pontem Vindelicie cum reditibus quinquaginta duorum Modiorum Siliginis et Sex librarum Auguſtenſium. Nec non iuxta portam Ciuitatis que ducit verſus Huſteten Curiam Villicalem cum penſionibus nouem librarum Auguſtenſium ex eadem debitis reſeruata ſibi et ſucceſſoribus ſuis poteſtate conparandi et reducendi eadem bona ad Eccleſiam cum eis ſuper hoc voluntas competit et facultas. ſoluendo peccuniam prenotatam. Hainrico dicto Schongower Ciui Auguſtenſi et heredibus eius in feudum contulit. Item receptis inde Centum libris denariorum Auguſtenſium. quos et premiſſos denarios idem dominus noſter Epiſcopus iuxta conſilium noſtrum in vſus Eccleſie noſtre in ſolucionem videlicet debitorum eius conuertit. Thelonium Ciuitatis antiquum duobus filiis dicti Ciuis Conrado videlicet et Sibotoni iure perſonali conceſſit quoad uixerint poſſidendum. noſtra in eiſdem collacionibus communi et ſpontanea voluntate et conſilio accedente. ſaluis per omnia vniuerſis que in Inſtrumentis ſpecialibus ſuper ipſis collacionibus confectis euidencius ſunt notata. Vt itaque iidem Ciuis et heredes eius dictorum pontis et Curie Villicalis et Conradus et Siboto thelonii prefati pacifica poſſeſſione gaudeant ad habundantem cautelam

et indempnitatem bona et libera voluntate ſubſcriptas Domos noſtras eis taliter obligamus. quod ſi per ipſum dominum noſtrum Epiſcopum aut ſucceſſores eius vel nos. ipſis inpedimentum iniuria ſeu dampnum aliquod irrogabitur in premiſſis et illata grauamina poſt eorum requiſicionem infra quatuordecim dies amputata non fuerint et ſopita extunc leſi Sex Domos noſtras videlicet Domum Judeorum et adiacentem Domum Calciatorum. Et lapideam. et duas Domos ligneas inſtitarum. et Domum inter ſartores que Liupoldi ſartoris dicitur ſine iudicio et Judicis nuncio in ſuam redigant poteſtatem. tamdiu eas et vſufructus earum tenentes quouſque eis fuerit ſatiſfactum. In quorum euidens teſtimonium et ratihabicionem preſentes inde confectas Sigillo noſtro fideliter roboramus. Teſtes ſunt. Sifridus Dapifer. Hainricus et Sifridus Marſcalci de Donreſperc. Otto Burgrauius. Oſwaldus. Vlricus de Auguſta milites et alii plures. Acta ſunt hec anno domini. M. CC. LIX. Indictione. II. IV. Non. Januarii. Domno Ludewico ſummo Prepoſito. Sifrido Decano. Cvononc plebano. Marquardo *Scolaſtico*. Rudolfo Vicedomino. Vlrico cellerario. Vlriço *Cuſtode*. Ottone oblaico. Hermanno de Richen. Hainrico *de Stauffen*. Ludewico de Dilengen. Marquardo de Nidelingen. *Magiſtro* Volcmaro de Ruomeſperc. Volcmaro de Wazerburc. *Hainrico* de Algishuſen. Hainrico pincerna. et aliis preſentibus Canonicis conſencientibus in Capitulo memorato.

Ex copia anno 1264. 28. Novembris. a capitulo vidimata.

XC.

Anno 1259. 5. Julii. Augustae.

Hartmannus ep. ecclesiae suae pro curia in Bobingen Heinrico Schongowario in feudum collata, curiam in Swenningen et advocatiam in Ristingen donat.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Ad

habendam geſtorum memoriam expedit eam ſcripture ſubſidio adiuuari. Ea propter nouerit tam preſencium quam futurorum ſollercia. quod nos proprietatem Curie noſtre in Bobingen que Hermanni de Avtenhouen dicitur ac integri et dimidii Manſus et omnium attinencium et Aduocaciam eius que Eccleſie noſtre pertinebant beate Marie virgini ad Cuſtodie officium pleno iure donauimus voluntate et aſſenſu Capituli noſtri ad hóc plenius accedente. Quam Curiam cum Aduocacia et omnibus pertinenciis eius Vlricus tunc Eccleſie noſtre theſaurarius et Cuſtos de Capituli noſtri aſſenſu Hainrico dicto Schongower Ciui noſtro nec non Giſele vxori eius ac heredibus eorundem contulit iure et titulo feudi cenſualis quod cinſlehen volgariter nuncupatur. dans in eisdem ipſis vtendi fruendi ordinandi liberam facultatem. Saluo Cuſtodie Officio Cenſu vnius libre Cere ponderis minoris. quam idem Ciuis in ſignum proprietatis premiſſorum Eccleſie noſtre ad luminaria inſtituit annis ſingulis in die ſanti Michaelis Archangeli perſoluendam. Ne autem Eccleſia noſtra dampnum ex donacione noſtra ſuſtineat. nos in compenſacionem dictorum Curie et Aduocacie Curiam in Swenningen que volgo Giengershof dicitur et Aduocaciam Riſtingen nobis iure hereditario pertinentes cum omnibus pertinenciis queſitis et inquirendis Eccleſie noſtre titulo proprietatis donauimus. ea antiquis Eccleſie eiusdem poſſeſſionibus adunantes. In quorum memoriam et perpetuam firmitatem preſentes inde confectas noſtro et Capituli noſtri ac cuſtodis prefati Sigillis duximus fideliter roborandas. Teſtes ſunt. Domnus Sifridus Decanus. Cvno plebanus. Vlricus Cuſtos. Vlricus Cellerarius. Hermannus ſummus Villicus. Hainricus de Stauffen Canonici maioris Eccleſie. Sifridus Dapifer de Donreſperc. Otto Burggrauius. Conradus Munſterlin. Oswaldus milites. Vlricus Fundanus. Conradus Ceruus. Conradus barba iunior. Ciues Auguſtenſes et alii plures. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LIX. Indictione. II. III. Non. Julii. primum in Capitulo. et deinde in Choro occidentali Eccleſie Auguſtenſis.

Ex copia anno 1264. 28. Novembris. a capitulo vidimata.

XCI.

Anno 1262. 26. Julii. Augustae.

Hartmannus ep. Heinrico Schongowario eiusdemque filiis officium praefecturae civitatis suae ad duodecim annos confert.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Amen. Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus. Vniverſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Ne tetra obliuionis caligine hominum ſileſcat memoria expedit eam litterarum apicibus commendari. Ea propter nouerint tam poſteri quam preſentes. quod nos deliberacione matura tocius Capituli noſtri et quorundam Eccleſie noſtre Miniſterialium accedente conſilio et aſſenſu *Hainrico*. Schongowario Ciui noſtro. necnon Hainrico et *Sibotoni* ac Johanni filiis eius pro Quingentis libris Auguſtenſibus *quas* integraliter receptas dilecto nobis Vlrico Comiti de *Helfenſtein* in redempcionem bonorum noſtrorum Dilenge que *donauimus* Eccleſie noſtre in totum aſſignauimus Officium prefecture noſtre Ciuitatis pleno iure ſub omni vtilitate et honore quibus idem Officium prefecti ſeu Burgrauii Auguſtenſis hactenus tenebant contulimus et conferimus ad Duodecim Annos ab inſtanti feſto Martini Epiſcopi computandos libere ac pacifice poſſidendum. Dans eis ius vtendi fruendi locandi ſubſtituendi vendendi ſeu quouis alio modo ordinandi de ipſo Officio quod voluerint tam *in* morte quam in vita noſtra vſque ad dictum terminum liberam poteſtatem dummodo idem Officium maioris condicionis hominibus non tradatur. non obſtante quocunque caſu de nobis emergente ſeu quod idem Officium tam ex morte quam mutacione ſtatus tam conferentis quam recipientis illud ex antiqua et approbata conſuetudine ad Eccleſie noſtre redire conſueuerit libertatem. Adicimus quoque quod ſi predictos Hainricum et filios eius ſine omni ordinacione eiuſdem Officij decedere contigerit

heredes eorum proximi ſub omni iure premiſſo eis ſuccedant nichilominus in eodem. Promittimus eciam bona fide. quod ipſos Hainricum et natos eius ac ipſis ſuccedentes manutenebimus et pro viribus tuebimus in omnibus que ad officium pertinent memoratum. Et inimicicias ſique inter nos et Ciues ac ciuitatem noſtram quod abſit emerſerint eis non imputabimus nec ex illis contra eos occaſionem ſumemus eis in dicto Officio malignandi. Ceterum adicimus concedentes. quod ſi Viceprefectus in faciendis iudicijs et penis ſumendis debitis negligens fuerit et remiſſus nullum ex hoc eis vel viceprefecto dampnum ſeu preiudicium generetur. Sed tantum probata vel conſtante eius negligencia alium ſubſtituant ydoneum et probatum. Vt igitur hec omnia prefatis perſonis et eorum ſucceſſoribus firma et ſtabilia conſeruentur nos et Eccleſiam noſtram ipſis in ſolidum obligamus. eiſque Capitulum noſtrum Hainricum Camerarium de Wellenburc. Hainricum Dapiferum Sifridum et Hainricum Marscalcos de Donreſperc in ſolidum fideiuſſores conſtituimus. qui fide vice ſacramenti preſtita ſeruare fideiuſſionem huiuſmodi promiſerunt. Quod ſi premiſſa in toto vel in parte per nos vel quemlibet ſucceſſorem noſtrum aut Capitulum prefatum non fuerint obſeruata extunc requiſiti omnes qui pro tempore de Capitulo preſentes fuerint et dicti Miniſteriales ſub debito fidei preſtite intrabunt Auguſte domos aliquas que a predictis ſibi denominate fuerint expenſas de bonis Epiſcopalibus facturi et a Ciuitate non exituri quouſque premiſſa omnia obſeruata fuerint et dampna ſecuta ex eis integraliter reſarcita. In quorum euidens teſtimonium et plenam firmitatem preſentes inde confectas noſtri et Capituli noſtri nec non dilectorum fratrum quos loco eciam teſtium exprimimus nominatim. Videlicet domini Ludewici ſummi Prepoſiti. Sifridi Decani. Marquardi Scolaſtici. Cvononis plebani. Vlrici Cellerarij. Vlrici Cuſtodis. Magiſtri Marquardi de Nidelingen. Conradi Hawardi. Hainrici de Stauffen. Sifridi de Algishuſen. Bertholdi de Schowenburg. Magiſtri Hainrici de Nidelingen. Hainrici pincerne. Waltheri de Roetenberc. et dictorum Miniſterialium Sigillis fecimus communiri. Preſentibus vſque ad feſtum ſancti Martini proxime venturum et in antea ad Annos Duodecim

valituris. Actum et datum Auguſte. Anno domini. M. CC. LXII. Indictione. V. VII. kalend. Auguſti. in Capella ſanti Johannis baptiſte.

Ex copia anno 1264. 28. Novembris a capitulo vidimata.

XCII.

Anno 1263. 10. Maii.

Capitulum majoris eccleſiae Auguſt. eccleſiam Durenkein ſuae dioeceſis apud epiſcopum Bethelanum pro CX marcis argenti comparat dummodo conſenſus apoſtolicae ſedis accedat.

Uniuerſis preſentes litteras inſpecturis clareat manifeſte quod nos.. Prepoſitus.. Decanus, totumque Capitulum maioris Eccleſie Auguſtenſis, habito communi et concordi tractatu deliberatione etiam adhibita congruenti prouidimus, ſingulorum uoluntatibus perſcrutatis, necnon omnium accedente conſenſu, Eccleſiam Dvrenkein noſtre dyoceſis, ad Bethelanam eccleſiam pleno jure nullo medio pertinentem cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis dummodo contractui auctoritas apoſtolice ſedis accedat pro C. et X. marcis puri et examinati argenti ab Epiſcopo Bethelano et ipſius eccleſie capitulo, adquirere in noſtram proprietatem et dominium ſucceſſorumque noſtrorum et noſtre eccleſie perpetuo permanendam promittentes et conuenientes ex pacto exnunc ſtipulatione ſollempni, Magiſtro. R. Rectori Bethelane eccleſie de Belmonte Epiſcopi Bethelani et ipſius eccleſie in Lombardia et Alamania procuratori et vicario generali recipienti nomine Bethelane eccleſie et ipſius Epiſcopi dictas. C. et X. marcas argenti de feſto ſancti Michahelis primo venturo ad unum annum completum, vel alteri dictorum Epiſcopi et eccleſie procuratori, vel legitimo nuntio, noſtris expenſis et ſub noſtro periculo in Ciuitate Venetiana, per noſtrum procuratorem legitimum

vel ſpecialem et ydoneum nuntium ſine diminutione qualibet aſſignare, dum tamen per eundem Magiſtrum. R. efficaciter procuretur ibidem, in hoc termino noſtro procuratori vel nuntio ad hec ſpecialiter deſtinato, litteras ipſorum Epiſcopi et Capituli eorumque Sigillis munimine roboratas dari et aſſignari, continentes donationem et conceſſionem iam dicte Eccleſie Durenkein, cum ſuis pertinentiis et iuribus, nobis et noſtre Eccleſie perpetuo eſſe factam proprietatem et dominium, in nos et ſucceſſores noſtros et noſtram Eccleſiam transferendo, ad hoc nichilominus confirmatione vel conſenſu ſedis apoſtolice accedente. Saluo tamen quod expense quas in impetrando confirmationem ſev conſenſum ſedis apoſtolice fecerint, que quinque marcarum argenti ſummam pro parte noſtra non excedent cum aſſignatione predictarum C. et X. marcarum argenti eiſdem promittimus integre perſolluendas. Et volumus ſi predicta ad legitimum perducantur effectum, nobis noſtris expenſis per procuratorem noſtrum de Curia nuntiari. Addentes preterea quod ſi dicti Epiſcopus et capitulum Bethelanum parati eſſent et vellent complere et obſeruare omnia ſupradicta, et nos noſtrum propoſitum et promiſſum adimplere et ſeruare nollemus vt ſuperius continetur, obligamus nos et noſtra bona preſentia et futura nomine pignoris eiſdem Epiſcopo et capitulo pro obſeruandis et adimplendis omnibus ſupradictis, promittentes dampna et expenſas quas propter hoc ſuſtinerent integre reſtaurare et poſſe et deberi. Ad predictam ſolutionem marcarum faciendam et refectionem dampnorum et expenſarum, de facto et de jure ubique locorum perſonaliter et realiter conueniri conuinci et compelli. et coram quocumque iudice tam eccleſiaſtico quam ciuili. In cuius rei teſtimonium et cautelam preſentes litteras Sigilli noſtri capituli munimine fecimus roborari. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LXIII. Sexto ydvs Maij. Promiſit preterea dictus procurator nuntio noſtro in eodem termino omnia inſtrumenta donationis et confirmationis aſſignare que prefati Epiſcopus et capitulum dinoſcuntur habere ratione eccleſie ſupradicte.

(C. S.)

XCIII.

Anno 1263. 13. Maii. In castro Werdensi.

Litis compositio inter Hermannum ep. et capitulum ex una et Ludewicum comitem de Otingen ex parte altera ortae super quaestionibus quibusdam praedicti comitis.

In nomine patris et filii et Spiritus Sancti. Amen. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod Reuerendus pater et Dominus noſter. Hartmannus. Auguſtenſis Eccleſie venerabilis Epiſcopus et capitulum Auguſtenſe, ex vna parte, et nos. Ludewicus. Comes de Otingen. ex parte Altera, de queſtionibus noſtris, ſiue de pecunia. quam a predicto. H. venerabili Epiſcopo domino noſtro petebamus pro debito, quod nobis debebatur a bone memorie. Hartmanno quondam Comite de Dilingen. patre ſuo, ſiue etiam pro dampnis, que nobis et noſtris dicebantur illata a prefato domino.. Epiſcopo et ſuis, occaſione dicte Litis. compromiſimus in nobiles viros. Rudolfum ſeniórem de Alto caſtro. Hermannum. de Haheltingen. et Cunradum de Rechenberch. dapiferum noſtrum. Memoratus vero.. venerabilis Epiſcopus, compromiſit in viros diſcretos, et honeſtos. Hiltebrandum de Rechberch. et Ludowicum. de Dilingen. Archidyaconos Eccleſie Auguſtenſis. et Sifridum de Donersberch dapiferum ſuum. Ex communi autem conſenſu, tam dominus.. Epiſcopus predictus, quam nos. elegimus venerabilem patrem fratrem. Albertum. Epiſcopum, tunc Apoſtolice ſedis Legatum. vt ſi forte dicti ſex. in partes equales diuiſi, diſſentirent, ipſe ſolus, vel cum tribus. arbitraretur, ſecundum induſtriam, ſibi a deo datam, quod ſibi videretur expedire. Jurando etiam confirmauimus, tactis ſacroſanctis ewangeliis. et ſub periculo cauſe. elegimus omnia, quecumque dictus venerabilis pater frater Albertus Epiſcopus et Legatus. ſiue cum noſtris arbitris, ſiue per ſe ſolum arbitraretur, vel arbitrando pronunciaret, nos inuiolabiliter obſeruaturos. et

hoc idem. iurauit in preſentia ſanctorum ewangeliorum, dominus.. Epiſcopus Auguſtenſis memoratus. Aſtrictis autem partibus, et ſic vallato arbitrio, per penam et Juramentum. pronunciauit prenominatus frater Al. Epiſcopus et Legatus. dominum noſtrum.. venerabilem Epiſcopum Auguſtenſem, debere nobis ſoluere Quadringentas. et quinquaginta. Marcas Argenti. ad pondus Auguſtenſe. Ita quod nos bona in Nerenſhein. que nunc tenemus, teneamus nomine pignoris, donec ſoluatur nobis Argenti quantitas ſupradicta. Ita tamen, quod fructus interim percepti de bonis predictis, in ſortem non computentur, ſed in dono habeamus eos, pro dampnis, nobis et noſtris illatis, et quod de illis fructibus, nec in Judicio eccleſiaſtico, nec in iudicio ſeculari, poſſimus conueniri. Arbitrando etiam pronunciauit, quod cum nobis vel heredibus noſtris, a dicto domino.. Epiſcopo, aut ſucceſſoribus ſuis, dicta argenti quantitas fuerit perſoluta, libere ad Eccleſiam Auguſtenſem reuertentur bona ſita in Nerenſhein. cum omnibus pertinentijs et Juribus eorundem. Promiſit etiam dictus dominus noſter.. Epiſcopus Auguſtenſis, coram fratre Alberto Epiſcopo, et multis alijs preſentibus, quod illa bona ab Eccleſia Auguſtenſi non alienabit, ſicut non poteſt. quia bona ipſa cum alijs, ex hereditate paterna. cum contingentibus, pro Remedio anime ſue. et progenitorum ſuorum, confeſſus eſt, ſe obtuliſſe Eccleſie Auguſtenſi, a nullo penitus in perpetuas eternitates alienanda. Arbitrando etiam pronunciauit predictus frater. Albertus Epiſcopus, quod Caſtrum quod Lapis. vocatur, in terminis Retie, iuxta Bophingen. ſitum, per dominum noſtrum.. Epiſcopum Auguſtenſem, reſtituatur, illi qui eidem hoc vendidit. et per omnia in ſtatu, in quo fuit, antequam illud emiſſet. et quod nos nichil Rancoris. et nichil indignationis habeamus aduerſus illum, qui eidem aſtitit in bello, quod habuit contra nos in vendicione dicti caſtri. Arbitrando etiam pronunciauit, quod in omnibus dampnis. et iniurijs. hinc inde ſibi Mutuo, a partibus illatis, nulla penitus exigatur reſtitutio vel ſatisfactio ſed nos placabimus adiutores vt poſſumus, et dominus noſter.. Epiſcopus Auguſtenſis pro parte altera placabit eos, qui partes ſuas adiuuerunt. Huic pronunciationi interfuerunt venerabilis pater

dominus Albertus Epiſcopus et Legatus. Hiltebrandus. et Ludewicus. dicti archidyaconi Auguſtenſes. Sifridus dapifer de Donersberch. et nobiles viri. Rudolfus. de Alto caſtro. Hermannus. de Haheltingen. Cuonradus dapifer de Rechenberch. Interfuerunt etiam venerabiles patres. Abbates. dominus. Heinricus. de Ceſarea. ordinis Ciſtercienſis. et dominus Fridericus de Werde. dominus vlricus de thyrhaubten. et dominus Cunradus de thekingen. ordinis ſancti Benedicti. Fridericus prior fratrum predicatorum in Auguſta. et frater Heinricus de Mucre ordinis eiuſdem. Interfuerunt etiam vlricus de Mvnſter. Heinricus de Hochſteten. Diepoldus Coppo. Rabeno Pincerna de Eringen. Milites, et alij quam plures. Coram quibus queſiuit venerabilis pater frater Albertus Epiſcopus, a domino noſtro Epiſcopo Auguſtenſi, ſi hec firmiter obſeruare vellet. Et reſpondit, quod ex toto corde, hec illibata vellet obſeruare. Queſiuit etiam a nobis, ſi dicta vellemus obſeruare. et reſpondimus, quod puro corde, omnia que dicta ſunt, illibata cuſtodiremus. Quo facto, dictus frater Albertus Epiſcopus et Legatus, precepit tam domino.. Epiſcopo. quam nobis ſub periculo cauſe, et ſub debito preſtiti iuramenti, quod hec inviolata, nobis inuicem cuſtodiremus. Acta ſunt hec. Anno domini. M. CC. LXIII. Indyctione VI. III. Idus Maij. in caſtro Werdenſi, in Clauſtro ſancte Crucis. Vt autem hec inconcuſſa remaneant, precepit prememoratus frater Albertus. Epiſcopus et Legatus, quod hec, tam ſui, quam domini noſtri.. Epiſcopi Auguſtenſis. et Capituli eiuſdem Eccleſie, necnon noſtri, Sigillorum munimine Roborarentur. Quod et fecimus, ſicut in preſentibus eſt Manifeſtum.

(C. 3 S.)

XCIV.

Anno 1263. 19. Junii. In monasterio Bollingen.

Hartmannus ep. avunculo suo Ludewico duce Bavariae mediante, confert Meinhardo et Alberto comitibus Goriciae et Tirolis, feuda quae Albertus quondam comes Tirol. ab ecclesia ſua tenebat, exceptis feudis in Valle Eni, quae comiti Gebhardo de Hersperg ceſserunt.

Ex autogr. capit. Edit. in v. Hormayrs Gesch. der gef. Grafschaft Tirol. II. Nro. 176. (Coll. Pl. Br.)

XCV.

Anno 1264. 21. Julii. Dillingen.

Hartmannus ep. Heinrico de Schepach militi fructus curiarum in Screzhein et in Husen pro XL libris Aug. oppignorat.

Hartmannus dei gratia Auguſtenſis Eccleſie epiſcopus. Vniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem in omnium ſaluatore. Vt geſtarum rerum memoriam non intercipiat obliuio. et in eis non valeat litis occaſio in poſterum ſuborirj. ea que geruntur in tempore expedit literarum apicibus et teſtibus ſolide perhennarj. Nouerint igitur vniuerſi quod nos ſeruiciis multiplicibus hainrici de Schepach militis qui nobis cum maxima fidelitate hucuſque, ac noſtris progenitoribus per multos ſudores pariter et labores oportunis inpendit temporibus reſpondere volentes aliqualiter ut debemus. fructus Curie villici Friderici ſite in Screzhein et Curie ſite in hvſen dicte hofmaiershof. pro XL. libris auguſtenſibus

quas ab eo recepimus, eidem cum omni Jure de mera liberalitate dedimus ſine vſurarum uicio poſſidendos. Ita ut eoſdem fructus tam ipſe quam heredes ſui tamquam ex noſtra donatione reſpectu precedentis ſeruicij ſibi traditos, pura et bona conſcientia recipere poſſint et libere retinere, fructibus in ſortem minime conputatis. quouſque eidem hainrico uel heredibus ſuis a nobis uel a noſtris ſucceſſoribus memorate. XL. libre auguſtenſes integraliter fuerint aſſignate. Vt autem hec robur firmitatis obtineant preſentes conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt. Volricus frater noſter. Degenhardus de Gundolvingen Bernoldus viceplebanus in Lavgingen. C. plebanus de Lvzingen. D. viceplebanus in Oberdilingen. Albertus Miles de Hagnibach. H. M. de fruſtingen. Waltherus de Trohtolvingen. B. de Hoſteten miles. H. miles de Dilingen. Eb. miles dictus nellar. Rvodolfus de Eſelſperch. H. de fruſtingen. L. de Berchuſen. Albertus Knodo. H. de Vtenhein. H. VL. filius. H. de Dilingen. Anno dominj. M. CC. LXIIII. XII. Kalendas Auguſtj.

(C. S.)

XCVI.

Anno 1264. 25. Julii.

Albertus nepos magistri quondam Marquardi praedium quoddam in Wertungen ecclesiae in Wihenperch pro XVIII libris Aug. m. vendit.

In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti Amen. Ne rerum geſtarum notitia proceſſu temporis euaneſcat et pereat. diſcretorum uirorum ſollertia ſolet eas per litteras eternare. Cognoſcant itaque tam poſteri quam preſentes, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod ego Albertus. nepos magistri quondam Marquardi, patrimonio inter me et fratres meos Hainricum et Marquardum coram uiris diſcretis et prudentibus videlicet hainrico

portenario Vlrico dicto de bozen, et ſocio ſuo Werenhero. nec non Rvdolfo balneatori, tali conditione ut nullus noſtrum alterius heres exiſteret, ab inuicem diuiſo, partem meam, quoddam predium ſitum In Wertvngen, quod me iure proprietatis attingebat, Eccleſie In Wihenperch, omni iure quo ipſum tenebam pro XVIII. libris Avguſtenſis monete dedi poſſidendam. Et ne predicta Eccleſia ab aliquo meorum fratrum in poſterum uexaretur preſentem Cedulam munimine ſigillorum domini Lvdewici ſummi prepoſiti et iudicum maioris Eccleſie Auguſtenſis duxi pro teſtimonio Roborandam. Huius rei teſtes ſunt dominus Fridericus prepoſitus. ſanctus (sic!) Georij, Vlricus magiſter ibidem, Vlricus Hollo. et frater ſuus Hainricus. Hainricus portenarius, et alij quam plures. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LXIIII VIIII. Kalendas Auguſti....

XCVII.

Anno 1264. 28. Novembris. Augustae.

Hartmannus ep. poſseſsionem praefecturae civitatis suae Schongowariis ad duodecim annos collatae in quatuor annos eisdem prolongat.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Epiſcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Ne geſtorum veritas obliuionis deuio immutetur expedit eam ſolidari memoria ſcriptu-rarum. Ea propter nouerit diſcrecio ſingulorum. quod nos Officium prefecture noſtre iam dudum ad Duodecim annos. Hainrico. Sibotoni. et Johanni filijs quondam Hainrici Schongowarij meminimus et recognoſcimus contuliſſe ſicut in Inſtrumento de eadem collacione confecto plenius eſt expreſſum. Nunc quoque de Capituli noſtri conſilio et aſſenſu. non ſolum pro certa ſumma peccunie inde recepta verum eciam ſincere dilectionis Zelo quem ipſi. Hainrico defuncto habuimus eiſdem. Hainrico. Sibotoni et Johanni filijs eius in dicto Prefecture Officio adicimus quatuor

annos. quibus eos ipſo officio vti frui concedimus ſub omni iure et honore quibus eis idem officium per dictos annos duodecim eſt conceſſum. Et ne a nobis vel noſtris ſucceſſoribus iidem Hainricus. Siboto et Johannes per eoſdem ad dictos quatuor annos in predicte prefecture officio offendantur ipſis idem Capitulum noſtrum caucione fideiuſſoria in ſolidum obligamus. vt ſi prefati Hainricus. Siboto et Johannes in eodem officio per nos vel ſucceſſores noſtros leſi fuerint et grauati extunc requiſiti omnes qui pro tempore de Capitulo noſtro preſentes fuerint extra domos ſuas ſub onere et dampno Eccleſie noſtre expenſas faciant quouſque ſepedictis Hainrico. Sibotoni. et Johanni et heredibus eorundem dampnum illatum plene fuerit reſarcitum. Vt igitur hec firma perſeuerent preſentes inde confecte noſtro et Capituli noſtri Sigillis fideliter ſunt munite. Teſtes huius rei ſunt. Dominus Ludewicus ſummus prepoſitus. Sifridus Decanus. Vlricus de Althein. Cvono plebanus. Vlricus Cuſtos. Otto oblaicus. Vlricus Cellerarius. Rudolfus Vicedominus. Marquardus Scolaſticus. Hainricus de Stouffen. Sifridus de Algishuſen. Wolfhardus de Rote. Hainricus pincerna. Waltherus de Roetenberc. *Dietherus* de Mahtolfeshein. et alij quam plures. Actum et datum *Auguſte.* Anno domini. M. CC. LXIIII. Indictione. VIII. IIII. kalend. Decembris in Capitulo memorato.

(C. 2. S.)

Ex copia anno 1264. 28. Novembris. a capitulo vidimata.

XCVIII.

Anno 1265. 9. Martii. ap. Burgov.

Hugo Palatinus de Tuwingen dimidiam partem puerorum Wernheri de Berge b. Mariae Virg. in Augusta donat.

Nos Hugo dei permissione palatinus de Tuwingen omnibus presentis litterae lectoribus notificamus quod pueros domni Wernheri de Berge nostros ministeriales beate Marie virginis in Augusta dimidios eius ob reverentiam contradidimus. Vt hec traditio apud nostros heredes firma permaneat preſentes in testimonium conscribi fecimus et munimine nostri ſigilli communiri. Datum apud Burgov. V. Idus Mart. Anno M. CC. LXV.

XCIX.

Anno 1265. 22. Augusti.

Hartmannus ep. capitulo ſuo ecclesiam in Mandechingen pro ecclesia in Witislingen commutat.

In nomine ſancte et individue trinitatis amen. Hartmannus dei gracia ecclesie Augustensis Episcopus. Vniversis Christi fidelibus preſens ſcriptum imperpetuum. Cum mortale tributum humano generi adeo ſit annexum, vt non etatis labilitas, non conditionis varietas, non ſexus innata fragilitas, legem eius valeat declinare prudentis est ſummopere providendum, vt cum iuxta apostolum hoc mortale inmortalitatem, et corruptibile presens incorruptionem induerit mereatur veste nuptiali bonorum operum, eternis conviviis interesse. Hinc est quod nos progenitorum fratrumque et ſororum proprieque ſaluti volentes prospicere, ecclesiam in Mandechingen cum prebenda et iure patronatus, vsufructibus,

iuribus et iusticiis, domibus, agris et omnibus attinentiis quesitis et inquirendis ad prebendarum ſuarum perpetuos et communes vsus, dilectis-nobis capituli nostri dominis et fratribus ſponte ac libere donamus pleno iure tam in ſpiritualibus quam temporalibus regendam et perpetim possidendam. Et ne donatio hec in dampnum ſive dispendium Ecclesie nostre vergat, Jus patronatus et advocaticium in Ecclesia Witislingen nos contingens. quod antea Capitulo nostro donandum decrevimus, de ipsius Capituli nostri aſſenſu in dicte Ecclesie Mendechingen compensationem immo commutationem potius ecclesie nostre donamus ſub omni honore quo idem est ad nos iure hereditario devolutum. Bona ſiquidem Ecclesie Witislingen, magis dominio et arce in Dilingen expediunt et ecclesia Maendechingen capitulo plus congruit memorato. Ordinantes igitur ſtatuimus vt iidem fratres nostri tam posteri quam presentes, diem anniversarium obitus nostri, et Damasi pape dilectorum nobis Hartmanni quondam Comitis de Dilingen patris nostri et dilecte coniugis eius Willeburgis matris nostre, nec non III. Kal. Aprilis Alberti et Ludewici fratrum nostrorum anniversarios cum vigilia et missa defunctorum, Decano et duobus canonicis ministrantibus celebrent reverenter. Fratribus quoque huic celebrationi presentibus XXXII ſolidi Aug. ſociisque ſive vicariis Chori preter partem prebendarum quinque ſolidi, ſcolaribus duo ſolidi et conversis vnus ſolidus, vt orent, de proventibus dicte ecclesie Maendechingen pro consolatione ſpeciali in ſingulis anniverſariis ministrentur. Vt ſic dei gratia annuente ſpei et fiducie nostre memoria apud altiſſimum non ſilescat. Ad premissorum itaque robur perpetuum presentes inde conscribi fecimus, nostroque et dicti capituli ſigillis valituras perpetuo communiri. Actum et datum Anno domini M. CC. LXV. XI. Kalend. Septembris.

C.

Anno 1266. 3. Octobris. Augustae.

Conradus Jerusalem et Siciliae rex Hermanno ep. qui eum elegerat advocatum, ſe omnes conditiones advocatiae adhaerentes ſervaturum eſse promittit.

Edit. in Monum. Boic. XXX. P. I. p. 344.

CI.

Anno 1266. 10. Octobris. Augustae.

Monasterium in Cesaria capitulo ecclesiae August. omne ius in ecclesia Witteslingen ſibi competens donat.

Vniuerſis preſentium inſpectoribus. Hainricus. Permiſſione diuina Abbas totusque conuentus in Ceſaria Ciſterciensis ordinis, Salutem in iehſu Chriſto. Recolentes nos ab eccleſia Auguſtenſi multa liberalitatis beneficia, utpote a matre que nos in agendis omnibus nutrit fouet propenſius et defendit, Vnde et nos licet inmodico, pietatis donum rependere cupientes, Capitulo eiuſdem eccleſie Auguſtenſis, auctoritate et aſſenſu Venerabilis patris domini Hartmanni eiuſdem Eccleſie Epiſcopi, totum et integrum ius, quod ex donatine nobilis uiri.: Illuſtris ducis Charinthie, in Eccleſia Wittefelingen, nos contingit, quod nunc tenet dominus Ludewicus de Dilingen, Archidiaconus Eccleſie ſupradicte, donamus pleno iure, perpetim poſſidendum, et eidem Capitulo In euidens noſtre donationis teſtimonium, et plenam firmitatem, inſtrumenta ſupra dicto iure, nobis a dicto duce tradita, aſſignauimus, preſentem dicte donationis noſtre paginam, Sigillo noſtro Sponte ac fideliter roborantes. Datum et Actum Auguſte Anno. domini. M. CC. LX. Sexto. VI. Idus. Octobris.

CII.

Anno 1266. 24. Octobris. Augustae.

Compositio episcopi Harſmanni cum S. juniori milite de Mindelberch super injuriis ab eodem illatis dicto episcopo.

Omnibus Chriſti fidelibus quibus preſentes exhibite fuerint E. dei gratia episcopus conſtancienſis. et B. abbas Monaſterii ſancti Galli. Salutem in Jhesu Chriſto. Nouerint vniuerſi et ſinguli preſentium inſpectores, quod licet dilecti in Chriſto L. prepoſitus. S. Decanus. Totumque Capitulum iniuriam eis in perſona venerabilis patris H. Epiſcopi Auguſtenſis per diſcretum uirum S. Juniorem de Mindelberch Militem irrogatam ex eo quod idem cum ſuis complicibus eundem Epiſcopum Auguſtenſem non ſine manuum iniectione violenta captiuarat et captiuatum aliquamdiu detinuerat Caſtrumque ſuum in Strazberch hoſtiliter irruens incendio deuaſtarat ad eiuſdem Epiſcopi ſupplicationem remiſerint omnino et nullam ſuper ea eidem Militi querimoniam ſe moturos fideliter promiſerint et quod prefatus Epiſcopus Auguſtenſis iniuriam remiſit eandem teſtimonium perhibentes litteras Capituli ſui sigillo roboratas in eorumdem euidentiam duxerint concedendas, ſuper hoc tamen per nos de prefati Militis bona voluntate et conſenſu taliter extitit ordinatum, quod idem prepoſitus Decanus et Capitulum ex hiis que premiſſa ſunt ſi forte ſepedictus Epiſcopus contra ea quocumque modo venerit, aut per eoſdem prepoſitum Decanum et Capitulum ſecus ex mandato apoſtolico uel cuiuſlibet ſuperioris factum fuerit in nullo eidem Militi teneantur. nec ſint ſibi uel aliquatenus eſſe debeant, ad quicquam obligati. preſertim cum memorati prepoſitus Decanus et Capitulum hoc ipſum fuerint coram nobis, ſicut confitemur publice proteſtati et predictas litteras ſuas ſuper hoc ſub ea tantum modo conditione duxerint concedendas. Datum Auguſtae Anno domini. M. CC. LX. VI. VIIII. kal. Novemb.

CIII.

Anno 1267. 19. Octobris.

Compositio inter episcopum Hartmannum atque capitulum et cives August.

In nomine domini. Amen. Ad habendam gestorum memoriam expedit ea. que aguntur ſcripture ſubsidiis adiuvare. Noverint igitur tam posteri quam presentes. quod venerabilis pater dominus Hartmannus Episcopus Augusten. et capitulum eius necnon cives ſive vniversitas sue civitatis concorditer et vnanimiter convenerint, ſe ad invicem adstringentes bona fide vt ſuper omnibus iuribus tam ecclesie Augusten. quam civitatis eiusdem pro viribus mutuo ſe defendant. Item cives ipsi domino Cunrado regi quicquid instrumento domini Episcopi eidem est concessum ſervabunt. Item faciant domino Episcopo capitulo totique clero civitatis ipsos in iure ſuo fideliter defendentes. Item ſi cives ipsi cum quocunque de conductu ſeu defensione ſua tractabunt nec a domino Episcopo nec capitulo eius debent impediri. Immo hec de ipsius domini Episcopi et capituli eius consilio ſunt tractanda et persone et res totius cleri civitatis et diocesis Augusten. ad ipſam civitatem venientes et ibi moram facientes ſub defensione huiusmodi fideliter assumende. in hiis etiam tractatibus dicti cives iura ecclesie et civitatis August. illesa conservabunt nullum in iis preiudicium ipsi ecclesie procurantes. Ceterum ſi in aliquibus ambiguitas ſeu difficultas emerserit. ſuper ea ſolvenda cives ipsi dictorum domini Episcopi et capituli vel aliquorum qui de Capitulo fuerint deputati requirent consilium et parebunt. Quod ſi ex parte ipsorum domini Episcopi capituli et Cleri civitatis vel ſuorum hominum ipsis civibus et ſuis, aut ex parte civium et ſuorum prefatis domino Episcopo Capitulo clero et ſuis de novo aliqua violentia ſeu iniuria fuerit irrogata. ſi alias ſopiri non poterit per mediatores quos vtrinque duxerint eligendos. extunc partes gaudeant iure ſuo ſalvis in omnibus

et per omnia nichilominus ſupraſcriptis. Vt autem hec omnia vsque ad instans festum ſancti Michaelis et in antea per quatuor annos firma perseverent. presentes exinde confecte premissorum domini Episcopi Capituli et civium ſigillis fideliter ſunt munite. Actum et datum anno domini M. CC. LXVII. XIV. kal. Novembris *).

(C. 2. S.)

*) Ex copia olim a Placido Br. desumta originali, huc temporis per humorem ita corrupto, ut pauca tantum verba cognoſcere liceat.

CIV.

Anno 1268. 23. Octobris.

Cunradus Frisingensis et Hartmannus August. epiſcopi de mutuis connubiis hominum suorum paciscuntur.

Nos Chunradus dei gracia Friſingenſis Epiſcopus, tenore pre*ſentium*. patere uolumus Chriſti fidelibus vniuerſis, quod nos accedente Capituli noſtri conſenſu legitimo et uoluntate, cum reuerendo in Christo patre domino Hartmanno venerabili Epiſcopo, et Capitulo Eccleſie Augustenſis deliberato conſilio in talem conuenimus modum ſiue pactionem, videlicet quod de cetero et in perpetuum homines Eccleſie noſtre, et Homines Eccleſie Augustenſis ſiue ſint Miniſteriales, ſiue cuiuscumque ſexus fuerint aut condi*tionis* homines, inter ſe mutuo et viciſſim matrimonia ſev nuptias contrahere ualeant libere, licenter, et inpune, Liberi quoque vtriusque Sexus qui ex huiusmodi contractis nuptiis hinc et inde fuerint procreati, iuxta conuentionem inter nos, et prefatum Epiſcopum Auguſtenſem, habitam inter vtramque Eccleſiam, Friſingenſem videlicet et Auguſtenſem, equaliter diuidentur. Vt autem premiſſa ordinatio ſev conuentio perpetua gaudeat firmitate preſentem cedulam conſcribi, noſtrique et Capituli Friſingenſis

Sigillorum munimine iuſſimus roborari Acta Sunt hec Anno domini. Milleſimo. CC. LX. Octavo. X. kalendas Nouembris.

(C. 2. S.)

CV.

Anno 1269. 7. Martii. Augustae.

Consules civitatis August. pro satisfactione delicti cuiusdam erga capitulum perpetrati altare Sti Gregorii duobus mansibus dotant.

Uniuerſis preſentium inſpectoribus. Lvdowicus. prepoſitus, S. Decanus Totumque Capitulum Auguſtenſe Salutem in iehſu Chriſto. Ne res preſertim digne memoria obliuionis deuio perimantur, expedit ut perpetuandarum rerum memoria ſcripturarum amminiculo roboretur. Nouerint igitur tam poſteri quam preſentes, quod Fr. nunc aduocatus Ceterique conſules Ciuitatis Auguſtenſis cognoſcentes ſe erga Capitulum deliquiſſe, pro emenda ac ſatisſfactione eiuſdem delicti. et Dominus Eberhardus ſacerdos vicarius Chori noſtri pro remedio animarum ſue et progenitorum ſuorum altare ſanctj Gregorii quod hactenus ex defectu reddituum officio diuino commodis extitit deſolatum, cum duobus dimidiis manſibus ſitis in Menchingen a diſcreto viro. S. Curiali ceruo pro XL. VIII. libris denariorum Auguſtenſium comparatis, feliciter dotauerunt, ſtatuentes ut vnuſquisque ſacerdos cui proceſſu temporis idem altare collatum fuerit et commiſſum, in eiſdem manſibus inſtituendj et deſtituendj plenam habeat poteſtatem. vt ſic emenda et ſatiſſfactio ciuium predictorum aput altiſſimum non ſileſcat, ac per bone operationis dicti Eberhardi Sacerdotis meritum memoria ſui ab unoquoque ſucceſſore ſuo in perpetuum habeatur. In cuius rej euidens teſtimonium preſentes exinde confecte, Sigillis capituli noſtrj ac Ciuitatis Auguſtenſis ſunt fideliter communite. Datum Auguſte Anno Dominj. M. CC. LX. VIIII. Nonas Martij.

CVI.

Anno 1269. 2. Octobris.

Coram Hartmanno ep. Sifridus dapifer senior de Donersperch advocatiam super ecclesia in Wihenberg ad manus Ludewici comitis de Oettingen ea conditione resignat, ut per eundem ad jus ecclesiae nominatae transferatur.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in domino. Nouerint Vniuerſi, quod cum Sifridus Dapifer Senior de Donersperch de conſenſu Heredum ſuorum Advocaciam ſuper Eccleſia in Wihenberch, et omnia Jura in eadem Eccleſia ſibi et officialibus ſuis conpetentia, ad manus Lvdewici Comitis de Oetingen liberaliter reſignaſſet, a quo predicta omnia feodaliter obtinebat, Tali conditione adiecta, ut hec omnia ad Jus et utilitatem et libertatem eiuſdem Eccleſie, per eundem Comitem tranſſferrentur, Tali etiam conditione adiecta, vt Prepoſitus qui pro tempore fuerit in Wihenberch, et ſuus Conventus nullum ſuper ſe eligant, uel conſtituant advocatum, ſed permaneant ſub perpetua libertate, Quod ſi per nunc Prepoſitum, aut eius ſucceſſores, vel ſuum Conventum aliud de ipſa Advocatia factum fuerit, uel ordinatum, idem Prepoſitus ipſo facto ſit excommunicationis vinculo Innodatus, et Monaſterium Wihenberch ſit ſuppoſitum Eccleſiaſtico interdicto, et nos nichilominus contra ipſum Prepoſitum et eius Conventum procedemus, quantum de Jure fuerit procedendum. In Cuius euidens teſtimonium preſentes noſtro et prefati Conventus in Wihenberch Sigillis, fideliter ſunt Munite. Actum et Datum. Anno. Dominj. M. CC. LX. Nono. VI. Nonaſ. Octobris.

CVII.

Anno 1269. 24. Octobris.

Hartmannus ep. juramento promittit, advocatiam ecclesiae ſuae tam in civitate quam extra, nullo modo abalienare, nullique hominum, niſi forte imperatori vel regi Romano, conſentientibus miniſterialibus ſuis et civibus Aug. conferre.

Hartmannus dei gratia Eccleſie auguſtenſis Epiſcopus Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in ihesu chriſto. Vt ueritatis memoria non ſileſcat, et mendaciorum aculeus locum non habeat ſolite falſitatis expedit, ut geſtorum ſeries Teſtium et literarum apicibus roboretur. Eapropter nouerint tam poſteri quam preſentes, quod nos zelo pietatis inducti, Immo pocius, deſuper inſpirati, non ſolum Eccleſie noſtre verum etiam omnium eidem adherencium tam futuris quam preſentibus commodis prouidentes, ad manus dilecti noſtri Sifridi Eccleſie noſtre Decani, fidei dedimus ſacramentum, vt Advocatiam Eccleſie noſtre tam in Ciuitate quam extra nobis et Eccleſie noſtre vacantem et pertinentem, nulli omnino hominum donemus. impignoremus. uel in feodum conferamus, aut alio quolibet alienationis modo in perſonam aliam tranſſeramus, niſi forte Imperatori uel Regi Romano potenti, Sedis apoſtolice gratiam habenti, de Capituli noſtri, miniſterialium ac Ciuium noſtrorum pociorum conſilio et aſſenſu de eadem aliud facere nos contingat, et ad preſtite fidei noſtre conſeruationem coram ſubſcriptis perſonis, tactis Sanctis Ewangeliis corporale preſtitimus ſacramentum ad cuius advocatie noſtre, vt aput nos, et Eccleſiam noſtram remaneat, defenſionem et obtentum Dilecti nobis, qui tunc preſentes fuerant videlicet Dominus Decanus. Cvono Plebanus. Marquardus Scolaſticus. Wolfhardus de Rote. Eccleſie noſtre Canonici, ac deinde cum aderant. Dominus Lvdewicus prepoſitus. Sifridus de Algishvſen archi-

diaconus ipſius Eccleſie noſtre, pro ſe et Capitulo noſtro jurauerunt quod idem Capitulum ratum habens, Simile preſtitit juramentum. vt nobis et ſucceſſoribus noſtris, Singuli et vniuerſi conſilio, fauore, rebus, perſonis, fideiuſſionibus, pignoribus, ſubventionibus, dent operam efficacem, Sic videlicet quod idem Capitulum noſtrum gratum habebit, et aſſenſum dabit, ut ſi pro obtentu eiuſdem advocatie noſtre nobis contentio, aduerſitas, ſeu quecumque neceſſitas imminebit, Res Eccleſie noſtre vendere infeodare. obligare poſſimus et quia idem Capitulum feruenter aſpirat, ipſam advocatiam aput Eccleſiam remanere, pro nobis bona ſua mobilia et immobilia, tam in Ciuitate quam extra, prout neceſſitas pro tempore exegerit, exponet, et pro defenſione huiusmodi obligabit, Adiciens quod ſi eminens neceſſitas ingruerit Singuli eorum Res ſuas proprias et beneficia obligare et expendere teneantur, Ciues quoque tam Eccleſie noſtre quam ſua commoda affectantes. Primum per ſideles noſtros. Hainricum Schongawarium. Volricum fvndanum. Voelcwinum. Bertoldum Vaelmannum. Livpoldum Schrotaerium. et Conradum Hollonem, ac *deinde* per Conſules alios quodquod habebant, pro ſe et *vniuerſitate* Ciuium, et deinde ipſa vniuerſitas, ut nobis ſuper *premiſſis.* dent fidele conſilium auxilium et fauorem armatorum. Rerum et perſonarum. expoſitione. fideiuſſione. obligatione ſeu qualibet alia ſubventione, adhereant et intendant, juramento corporaliter preſtito, ſe firmiter et fideliter aſtrinxerunt. Nos quoque ſub predicti Juramenti debito promiſimus. tam Capitulum quam Ciues predictos pro uiribus defenſare. Et ſe Ciues ipſi qualiter et quando et in quanto Singulis neceſſitatis temporibus, nobis ſubuenire et ſeruire debeant. Duodecim predictorum. sex Canonicorum. et sex Ciuium. ac Tercijdecimi fratris Herbrandi de Ordine fratrum Predicatorum arbitrio, ſubiecerunt promittentes ut eiſdem omnibus uel maiori parti eorum ſub preſtiti juramenti debito pareant in premiſſis quorum ſi aliquis receſſerit uel deceſſerit alium ydoneum eligamus Quod ſi forte quod abſit juramenti noſtri Immemores contra premiſſa ueniremus Capitulum et Ciues noſtri concordi et mutuo auxilio contra nos erunt. Nos quoque et Capitulum noſtrum vnanimes

contra Ciues noſtros erimus, ſi nobis que dicta ſunt forſitan non ſeruarent, Idem de Capitulo noſtro dicimus, ſi in premiſſis nobis defuerit quod nos et Ciues noſtri concorditer contra ipſum erimus, Iniuriam huiusmodi proſequentes et vtentes conſilio pociori. Ad hec nos Capitulum et Ciues noſtri, Communi aſſenſu. decreuimus ut idem Capitulum noſtrum ſucceſſores noſtros in eorum electione, ſub preſtandi juramenti debito omnia premiſſa que in perſona noſtra ſeruanda promiſimus, faciant et procurent inviolabiliter obſeruare, Eligendi quoque Canonici ipſius Capituli ſui et aſſumendi conſules in futurum, Concanonicorum conſulum et Conciuium ſuorum promiſſa et Juramenta ſeruare, ſub Juramento Simili aſtringantur. Ceterum Ciues noſtri, nos Dominum et advocatum ſuum recognoſcere debent et nobis tamquam domino et advocato parere fideliter et intendere et nichilominus conſueta ac debita ſeruitia exhibere Ad quorum firmitatem preſentes inde confecte noſtro et Capituli noſtri, nec non Ciuitatis noſtrc Sigillis fideliter ſunt Munitc. Actum et Datum. Anno domini. Milleſimo. CC. LX. Nono. IX. Kalen. Novembr.

CVIII.

Anno 1270. 9. Martii. ap. Augustam.

Transactio inter Hartmannum ep. et Ludewicum ducem Bavariae de iure advocatitio civitatis Augustensis.

Noverint vniuersi presentium inspectores quod discordia inter dominum Hartmannum venerabilem Episcopum Augustensem et ecclesiam eandem et virum nobilem dominum Marchionem Heinricum de Burgowe ac ceteros eiusdem ecclesie fautores ex parte vna, et illustrem Principem dominum Ludewicum comitem Palatinum Reni Ducem Bavarie cum ſuis cooperatoribus ex alia mediante illustri Principe domino Hainrico Palat. Comite Duce Bavarie deliberato consilio et ſpontanea voluntate partium taliter est ſopita quod videlicet idem Episcopus capitulum Ministeriales et civitas Augustensis ac dominus Rudolphus gubernator ecclesie

campidon. Perhtold de Hohenegge. Perhtold de Drouhpurk Albertus de Wolchenburch. Swikerus de Minnelberch et filius ſuus Swiker. Hainricus Camerarius de Wellenburch. Cunradus Spanagel. Spaeto de Faimingen. Chunrad de Matzensiez. Arnoldus de porta. Sifridus de Hattenberg. Vlricus de Zusenecke. Hainricus de Liechtenowe. Sifridus Dapifer de Donersperch. et filius ſuus Sifridus. Hainricus de Hoehstetten. Heinricus Guso dictus aureus et frater ſuus Albertus de Villibach. Conradus Bartholomeus Georius de Schwanegaewe. Swickerus de Venningen. Heinricus de Grising. Vlricus de Holenbach. dictus Geizſo. Hainricus Schongowerius et Siboto frater ſuus. Vlricus fundanus ac reliqui cives August. et alii adiutores ecclesie ſupradicte cum prefato domino L. Duce et amicis et fidelibus ſuis de Hirsberch de Truhending de Hilfenstein de Graifsbach comitibus ac Alberone de Prukberch. Brunone de Riseinspurch. Hainrico, Sifrido et Hainrico Marescalcis et Hainrico Dapifero de Donersperch. Hermanno. Cvnrado et Chvnrado de Haigmperch et Gonrado de Wildenrod. Hainrico de Turnekke. Wernhero de Hocchsteten Dieterico de Althaim. et fratruele ſuo iuniore Spaet. Gebhardo de Weilheim, domino Bartholomeo de Wal et filio ſuo omnibus de Lechsperg. Rudolfo de Eselsburch. Ottone de Chaltenburch. Vlrico de Osthaim et aliis fautoribus ipsius Ducis ad concordiam ſinceram et reconciliationem amicabilem ſunt plenarie reformati. Sic ut omnis culpa damnorum eiusdem belli tempore commissorum ab eisdem partibus vel altera earum vniversaliter vel ſigillatim de cetero in vindictam aut actionem ecclesiastici vel ſecularis iudicii, aut odii fomitem non trahatur. Si quae vero damna capitulo Augusten. ante inchoatum idem bellum per homines et fautores domini L. Ducis irrogata dinoscuntur. de his omnibus inter ipsum capitulum et offensores ipsos plena compositio intercessit, hoc pacto videlicet vt huiusmodi damnorum ſatisfactio in arbitrio domini Episcopi Augusten. predicti ac domini Hainrici Ducis Bavarie de plano consistat. damna ſiquidem ecclesiis quibuscunque per districtum eiusdem domini L. Ducis Bavariae ſitis infra ipsam belli turbationem ex parte fautorum Episcopi Augusten. illata predicte concordie contra actionem quamlibet includuntur. Sane

dominus L. Dux predictus prefatum dominum Episcopum in advocatia prediorum ipsius ecclesie August. qua olim bone recordationis dominus Conradus Dux Swevie ab eadem ecclesia inſeodatus extiterat. non impediet iniuriose vel etiam violenter non eam ſibi de cetero ſine consensu predicti Episcopi vendicabit. et renuntiavit omni iuri quod in eadem advocatia ſibi hactenus competiit vel competere videbatur. Insuper de predicto Al. de Prugperch. H. de Haiginberch. Ar. de Messenhousen. C. de Wildenrod ac reliquis hominibus partis ſue. Dux prefatus eidem episcopo ſuper questionibus rationabiliter motis exhibebit iustitiam vel amorem et ſimiliter dominus Episcopus de ſe ipso et ſue partis hominibus et fautoribus eandem rependet formam iustitie vel amoris. his dumtaxat vtrinque ſopitis damnis que belli tempore ſunt patrata propter actiones prediorum et feodorum que ſalve vtrisque partibus remanebunt. Ad hec cives August. videlicet Fridericus et Johannes dicti Burggravii. Siboto et Lupoldus Stolzhirs. Hainricus Prewo. Hainricus de Iglingen et alii consotii eorundem, qui eiusdem Episcopi et civitatis indignationem licet ſine merito incurrerant in plene reformationis gratia in integrum domorum. honoris. iurium et quarumcunque possessionum ſuarum recuperatione de cetero permanebunt ſive in ipsa civitate ſeu alibi residentiam duxerint faciendam. nec ab ipso Episcopo vel vniversitate civium trahentur in causam invidie vel iudiciarie potestatis pro occisione concivium ſuorum apud Hamel perpetrata vel offensis ipsius Episcopi capituli Ministerialium civitatis Marchionis. et quorumlibet fautorum Augusten. in locis quibuscunque predicte dissensionis tempore perpetratis nisi forte a proximis occisorum consanguineis capitales inimicitias ex culpa ſustineant ſpeciali illi ſcilicet ex eis qui de tali obiectione culparum ſe nequiverint expurgare de iuramento quoque, quod eidem episcopo et civibus coacti prestiterant et infamia, ſe ipsos cui in penam transgressionis addixerant. erunt libri et immunes. Preterea cives August. ex depositione ſalis apud Fridberch non ſustinebunt per predictum Ducem impedimentum aliquod vel gravamen nec etiam alibi in ſtratis, aquis vel aliis locis captiose quidcunque impedimenti ſeu gravaminum patientur. ſicut nec

alii mercatores vel hospites ipsius Ducis terminos transeuntes, et ſimiliter homines Ducis apud Augustam et alios districtus Episcōpi nullo impedimento vel preiudicio gravabuntur. Porro omnes qui ab alterutra partium ad presens in vinculis detinentur indempnes et liberi debent continuo a cohertione qualibet relaxari. nisi forte ante diem compositionis celebrate aliqui ex captivis de absolutione ſua expressum fecerint laudamentum ad manus aliorum quam eorum in quorum vinculis tenebantur. demum ſicubi in ipsa civitate videlicet Augustensi vel aliis locis eiusdem ecclesie quecunque res vel debita hominum ducis predicti quocunque detenta fuerint interdicto. hec omnia relaxentur et ſimiliter ex parte ipsius Ducis et ſuorum rebus Augustensibus omne cessabit obstaculum interdicti. Vniversa itaque ſupradicta dato alternatim pacis osculo a partibus publice confirmata presentis pagine testimonio et ſigillis videlicet domini Augustensis Episcopi ac amborum dominorum Ducum Bavarie predictorum necnon domini Rudolfi Gubernatoris ecclesie Campidon. ac domini H. Marchionis de Burgowe et civitatis August. placuit communiri. *Actum et* datum apud Augustam anno Incarnationis dominice *Millesimo* Ducentesimo ſeptuagesimo pridie Kal. Aprilis.

(C. 3. S.)

CIX.

Anno 1270. 30. Maii. Augustae.

Hartmannus ep. capitulo et civibus Aug. indebitum ad quinque annos concedit.

Hartmannus dei gratia ecclesie Augusten. Episcopus. Vniversis presentium inſpectoribus ſalutem in Jesu Christo. Noverit discretio ſingulorum quod volentes nos et ecclesiam nostram ab onere debitorum tempore belli novissime contractorum Canonicos et cives nostros a fideiussione pro eisdem ab ipsis civibus ſpecialiter vel vna cum canonicis communiter facta reluere civibus

noſtris indebitum quod Vngelt dicitur, ſingularum portarum civitatis noſtre vini et mercium quarumcunque in ſubventionem civitatis noſtre de maturo conſilio nunc impoſitum in ſolutionem predictorum debitorum colligendum et recipiendum provida deliberatione duximus committendum. ita vt a feſto ſancti Georii nuper transacto ad quinque annos niſi forte iuxta eorum fidei pretium breviori ſpatio id fieri poſſit a dictis debitis integraliter nos et ſe abſolvant. et ſi quid inſolutum remanſerit noſtre gratie conſiſtat, et premiſſa omnia nullo impediente obſtaculo ad antiquum libertatis ſtatum ab omnibus dimittantur. ſalvis etiam nobis et eccleſie noſtre iuribus aliis et inſtrumentis pro nobis et ipſa eccleſia conſcriptis et confectis. Ceterum ad cautelam civibus noſtris adiicimus. quod ſi forte advocatiam civitatis noſtre futuro Romano Regi gratiam apoſtolice ſedis habenti de maturo conſilio nos conferre contigerit. promiſſa eis rata haberi fideliter procuraturos id ipſum etiam procurari debetur apud futurum medio tempore Epiſcopum eligendum. In quorum evidens teſtimonium preſentes ſigillo noſtro dedimus communitas. Actum et datum Auguſte. Anno domini Milleſimo CC. Septuageſimo. III. Kal. Junii.

CX.

Anno 1270. 10. Decembris. Auguſtae.

Coram Hartmanno ep. Conradus de Bvech decimam, ſibi a monaſterio in Wihenberg pertinentem, conſentiente nobili B. de Niffen praedicto monaſterio donat.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus, Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Vt geſta hominum in ſuo robore perſeuerent, expedit ea ſcripture ſubſidiis adiuuari, Cuius rei cauſa nouerint tam poſteri, quam preſentes. Cvm Conradus de Bvech pro ſe et fratre ſuo Alberto Milite de Bvech, Decimam ſibi a Monaſterio in Wihenberch pertinentem, quam a domino Nobili B. de Niſen in feudo

tenuit, qui etiam de Niſen a nobis idem feudum, et noſtra tenuit Eccleſia Auguſtenſis, de prefati Nobilis. B. de Niſen aſſenſu donauerit in Wihenberch Monaſterio prelibato, renuncians omni Juri quod ſibi in eadem compeciit, uel competere uidebatur. Quod nos eiuſdem Decime proprietatem ipſi Monaſterio Wihenberch donauimus pleno Jure. Vt autem ſuper his nulla dubietas ipſi Monaſterio in poſterum oriatur, preſentes inde confecte noſtro et prefati. B. Nobilis de Niſen Sigillis in euidens teſtimonium ſunt Munite. Datum Auguſte. Anno. domini. M. CC. LXX. IIII. Idus. Decembris.

CXI.

Anno 1271. 20. Aprilis.

Coram Hartmanno ep. Sifridus dapifer senior de Donersberch advocatiam super ecclesia in Wihenberch ad *manus* Ludewici comitis de Oetingen ea conditione resignat, ut praedicte ecclesiae transferatur.

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen. Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus. Preſentem paginam in perpetuum. Ne temporalis ſucceſſus perimat geſta fidelium, ipſa conſueuerunt literarum munimine, ac ſubſcriptione teſtium roborari. Quapropter nouerint uniuerſi, quod cum Sifridus Dapifer Senior de conſenſu heredum ſuorum. Advocatiam ſuper Eccleſia in Wihenberch, et omnia iura in eadem Eccleſia ſibi et Officialibus ſuis conpetentia, ad manus Lvdewici Comitis de Oetingen liberaliter reſignaſſet, a quo predicta omnia feudaliter obtinebat. Tali condicione adiecta, ut hec omnia ad ius et utilitatem et libertatem eiuſdem Eccleſie per eundem tranſferentur Comitem. Tali etiam condicione adiecta vt prepoſitus qui pro tempore fuerit in Wihenberch. cum ſuo Conventu nullum ſuper ſe eligant uel conſtituant advocatum ſed permaneant ſub perpetua libertate Ne idem Comes tanto feudatario careret,

16 *

Molendinum in Cranewanch. et Pratum dictum Graſanger ſitum in vicino iuxta nouum Caſtrum Donerſperch, et Duas Curias in Vorchach et in Oſtendorf, que omnia a nobis feudaliter obtinebat, nobis liberaliter reſignauit, et nos in fauorem libertatis Eccleſie ſupradicte eadem omnia prefato Comiti de Oetingen feudaliter duximus conferenda, ut per ea poſſet ſuum feudatarium rehabere. Vt autem hec rata et inconwlſa permaneant, nos preſentem paginam ſuper ipſis conſcriptam, Sigillorum tam noſtri, quam ſepedicti Comitis de Oetingen. necnon ſupradicti Sifridi Dapiferi de Donerſperch, munimine duximus roborandam. Teſtes ſunt. Rvodolfus Vicedominus. Lvdewicus de Dilingen. Archidiaconus. Rvodolfus de Hvornhain Eccleſie noſtre Canonici. Rvdolfus de Kazzenſtain. Rvodolfus de Riſensbvrch. Nobiles. Conradus de Scheppach. Wintherus et Volricus fratres de Richen. Hainricus de Agenwanch. Conradus de Tvorhain. Hermannus de Bvchellvn milites. Albertus de Vilibach. Conradus de Bvech. Conradus de Tvorhain et.. dictus Hohenſtat, et alii plures. Actum et Datum. Anno. domini. Milleſimo. CC. Septuageſimo. primo. Viceſimo die Aprilis. indictione. XIIII.

CXII.

Anno 1271. 21. Aprilis. ap. Kirchen.

Ludewicus comes de Otingen advocatiam monasterii de Wihenberch eidem renuntiat.

Lvdewicus. dei gratia Comes de Otingen. Qvia hominum fragilis eſt memoria que futura conſueuit pericula generare, cautum eſt vt ea que fiunt modernis temporibus ſcriptorum munimine roborentur. Eapropter ad noticiam vniuerſorum, qui preſens ſcriptum reſpexerint, cupimus perferendum, quod nos omni Juri quod in aduocatia Monaſterij de Wihenberch. Auguſtenſis Dyoceſis nobis conpetebat, Renunciauimus et eidem Monaſterio illam, ob Reuerentiam dei omnipotentis ac glorioſiſſime ſue genetricis

et virginis Marie. donauimus et tradidimus de bona noſtra et libera voluntate. nobis in aduocatia ipſa nihil Juris penitus reſeruantes. Et ne ſuper hoc in poſterum aliquis dubietatis ſcrupulus valeat ſuboriri, preſentes litteras ſuper eo conſcribi et Sigilli noſtri Robore fecimus communiri. Actum et Datum apud Kirchen. preſentibus et conſentientibus Ludewico. et Cvnrado kariſſimis filiis noſtris. Sifrido ſeniore de Donerſperch. Rudolfo de Katzenſten. Rudolfo de Riſinsburch ac alijs pluribus fide dignis. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXI. Viceſimo primo die Aprilis. Indyctione XIIII.

CXIII.

Anno 1272. 25. Februarii.

Hartmannus ep. venditionem decimarum quarundam de *mona*sterio in Wihenperch conſentiente nobili de *Tvrnegge* antedicto monasterio a Winthero milite de Richen factam ratihabet.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus Salutem in iehſu Chriſto. Cum Wintherus Miles de Richen duo Maltera ſinguli et quatuor Metretas Auene, de Monaſterio in Wihenberch a Nobili de Tvrnegge in feudo tenuerit, et ipſe de Tvrnegge idem feudum teneret ab Eccleſia Auguſtenſi, que bona dictus Wintherus Miles dicto Monaſterio Wihenberch vendidit perpetim poſſidenda, voluntate dicti Nobilis de Tvrnegge et aſſenſu plenius accedente. Notum eſſe volumus vniuerſis, cum in refuſionem dicti feudi quedum prata Eccleſie Gothalmeshoven adiacentia, ſint tam nobis quam etiam Nobili de Tvrnegge data et deputata, quod huiuſmodi venditionem dicto Monaſterio Wihenberch factam, firmam et ſtabilem volumus permanere. In Cuius euidens teſtimonium et plenam firmitatem. preſentes noſtri et dicti Nobilis de Tvrnegge Sigillis munimine

ſunt firmate. Datum. Anno. domini. Milleſimo. CC. LXX. Secundo. V. kalendas. Marcij.

CXIV.

Anno 1272. 27. Februarii. Augustae.

Hartmannus ep. civibus Aug. monetas cudendi licentiam concedit.

Hartmannus dei gratia ecclesie Augusten. Episcopus. Vniversis presentium inspectoribus ſalutem in Jhesu Christo. Noverit discretio ſingulorum quod nos capituli nostri consilio accedente vsus et iura monete nostre communitati civium nostrorum communi vtilitati prospicientes tradidimus a festo Sancti Georii proxime venturo ad tres annos ita quod denarii nunc monetari vsque ad idem festum Sancti Georii et abinde per vnum annum ſub eodem ferro et forma monete que nunc ſunt ſtabiles debeant permanere. quo elapso tempore iuxta consilium nostrum ipsi cives de dicta moneta per ipsos residuos duos annos ordinabunt quidquid communi vtilitati videbitur expedire. ſalvis nobis in omnibus de eadem moneta ſervitiis debitis et consuetis pura etiam fide duximus promittendum quod advocatiam civitatis nostre ab instante festo pentecostes ad vnum annum nulli extraneo locabimus nisi alicui de maturo consilio de civibus castellanis vel familia nostra. qui nomine nostro presideat et ad cameram nostram cottidie ſerviat de eadem. In cuius evidens testimonium presentes dedimus nostro et capituli nostri ſigillis fideliter communitas. Datum Auguste Anno domini M. CC. LXX. ſecundo. III. Kal. Marcii.

CXV.

Anno 1273. 16. Maii. Augustae.

Hartmannus ep. curiam Sti Caſsiani Ratisbonae Petrissae relictae Hetwici dicti Dvmen filiisque eiusdem confert.

Hartmannus dei gracia Ecclesie Augustensis Episcopus. Vniversis presentium inspectoribus ſalutem in Jhesv Christo. Ne ſuper gestorum veritate hominum tepescat memoria, expedit eam ſcripture et testium ſubsidiis adiuvari. Eapropter noverit tam presentium quam futurorum ſollertia, quod nos de communi capituli nostri assensu curiam ſancti Cassiani Ratisbone ſitam, nobis et Ecclesie nostre attinentem cum omnibus appendiciis, que felicis memorie Fridericus de Stauffen tenebat Petrisse relicte quondam Hertwici dicti Dvmen civis Ratisbonensis necnon Chvnrado. Karolo. Hertwico. Heinrico. et Alberto. filiis ipsius iure personali, quod vulgariter Leipgeding dicitur. ſub annuo censu quatuor librarum cere nobis et ecclesie nostre in die ſancti Mychahelis archangeli ſolvendo contulimus, quoad vixerint possidendam. Ita vt nobis et ſuccessoribus nostris inhabitandi cum Ratisbone fuerimus liberum ſit dominium et facultas. Ceterum ſi dictus census per duos annos ſolutus non fuerit, dummodo in tercio anno integraliter ſolvatur, nullum ex hoc dictis personis dampnum ſeu preiudicium generatur. Si autem ſolutio census eiusdem per tres annos neglecta fuerit, eo ipso curia predicta cum ſuis attinenciis ad ecclesie nostre redeat libertatem. Preterea prefatis ſex personis tantum et non ab eis ſubstitutis vel mutatis pro reparatione turris et domus, que reparatio habetur necessaria in presenti, hanc graciam duximus faciendam, cum vnam personam voluerint in aliam commutare vel post unius perſone obitum aliam ſubſtituere, quod ad hoc ad noſtrum assensum promisimus et tenemur plenius adhibere, et proinde quocienscunque vnum de premissis a nobis requisierint partem Eſocis, quod vulgo ſignificatur ein gantziv Havſenwamb nobis et ſucceſſoribus noſtris ad mensam episcopalem

in ſignum dominii nobis et ecclesie nostre pertinentis libere assignare. In huius igitur collationis nostre firmitatem presentes inde confectas prefatis personis noſtro et capituli noſtri ſigillis dedimus communitas. Teſtes ſunt Ludwicus ſummus prepoſitus. Sifridus Decanus. Cvno. plebanus. Marquardus Scolaſticus. Vlricus cellerarius. Vlricus cuſtos. Marquardus Heinricus de Nidelingen. Heinricus de Stavffen. Sifridus de Algishvsen. Waltherus de Brokheim. Lvdwicus de Dilingen. Ecclesie nostre Canonici. Hermannus de Haeginberch. Chvnradus de Wildenrode. dictus vertink de Smihen. Vlricus Marscalcus de Berge. Milites. Heinricus Schongawerius. Vlricus Fvndanus. Chvnradus Vllentaler, Vlricus Brugehaige. Heinricus Haerphaerius et alii quam plures. Actum et Datum Auguste anno domini M. CC. LXX. tercio. XVI. Kalend. Junii.

Ex copia a Conrado episcopo Ratisbonensi vidimata. Ratisbonae in octava epiphanie (13. Jan.) 1306.

CXVI.

Anno 1273. 13. Junii. in Babinhvsin.

H. et E. milites de Schoennegge conventui quondam in Wurzun commoranti tradunt oppidum Burrun, quo nunc ille deget.

In nomine domini amen. H. et. E. Milites de Schoennegge. Vniuerſis ſingulis ac Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. Salutem et in domino caritatem. Nouerit diſcretio ſingulorum quod nos predicti. H. et E. dicti Milites de Schoennegge de ordinatione diuina ac bona deliberatione et ex conſilio amicorum noſtrorum religioſorum ſiue ſecularium et pia amonitione uolentes ſaluti anime noſtre in paucis prouidere religioſis perſonis uidelicet Prioriſſe ac conuentui ſuo qui quondam in oppido quod wlgariter dicitur Wrzvn ſub regula beati Auguſtini morabatur. Nunc uero propoſitum ſecundum ſalutarem in oppido quod

nos dicimus Bvorrvn ſitum iuxta fluuium qui dicitur Grenze deum excolere ſibique in uoto caſtitatis ſeruire tanquam femine religioſe relictis uiris et mundanis illecebris ſecundum regularem diſciplinam dinoſcuntur. Quibus nos antedicti milites ſucceſſoribus ſuis eccleſiam et tres manſus cum ſuis attinentiis tam in ſiluis quam in pratis ſuis et in areis et hortis ob remedio animarum noſtrarum et omnium parentum noſtrorum in honore ſancte et indiuidue ſummeque trinitatis et glorioſe uirginis Marie et beati Auguſtini predictum oppidum Bverrun quam nos ſepedicti fratres et milites de honorabili domino noſtro H. dei gratia Comiti de Grvenigen cuius poſſeſſio certa fuit ſub nomine feodi iuſte et rite ac rationabiliter poſſidebamus benigna uoluntate et uera concordia libere tradidimus poſſidendam. Ita etiam ut auctoritas noſtra et omnium ſucceſſorum noſtrorum cum omni libertate qua religioſe perſone a ſecularibus uiris conceſſa in ſuis gaudere proprietatibus conſueuerunt perpetuo conceſſimus perfrui. Ne autem fluxu mortalium more fluentis aque hanc noſtram *coll*ationem interimat obliuio, preſentem litteram fecimus *conſcribi* ſcriptamque ſigilli noſtri munimine roborari. Hec facta *sunt in* preſentia predictorum militum. H. et. E. et fratris. C. *dicti* de babinhvſin et fratris. L. dicti brvgel et. H. plebani de *die*tricheshoven et aliorum plurimorum. Anno Domini. M. CC. LXX. III. Id. Junij in Babenhvſin.

CXVII.

Anno 1273.

Hartmannus comes de Gruningen supra nominatam traditionem confirmat.

In nomine ſancte trinitatis Amen. Hartmannus dei gratia Comes de Griuningen. Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. Salutem in omnium ſaluatore. Quanto diuino cultui a uere credentibus eſt Applaudendum. tanto deum ſub religionis

habitu colentibus caritatis beneficio eſt occurſandum. Vnde ſingulorum diſcretionem. preſencium et poſterum. Scire deſideramus. quod nos prioriſſe ac conuentui ſuo. qui in Wrzun quondam morabatur, ſub regula fratrum heremitarum ordinis Sancti Auguſtini degentibus. predium quod fideles noſtri milites. H. et E. fratres. dicti de Schoenegge. et alii quidam noſtri fideles. nomine feudi a nobis tenuerunt. videlicet uillam que dicitur Buirrun. sitam apud fluuium qui dicitur Guinze. in qua deum excolere dinóſcuntur. Auctoritate noſtra. et predictorum fidelium noſtrorum. omni libertate qua religiose perſone a ſecularbus uiris data. in ſuis gaudere prediis conſweuerunt dedimus perpetuo libere poſſidendam. Ne autem fluxu mortalium more fluentis Aque. hanc noſtram collationem obliuio interimat. preſentem litteram fecimus conſcribi. ſcriptamque noſtri ſigilli munimine roborari. Datum Anno domini M. CC. LXX. III.

CXVIII.

Anno 1274. 13. Januarii.

Ulricus et Eberhardus milites dicti Schoenegge et Heinricus de Gunze priorisſae et ſororibus dictis de Wurzen ecclesiam Bvrren et tres mansus, resignatos a Berhtoldo de Willeharteshoven, conſentiente Hartmanno comite de Gruoningen tradunt.

In nomine domini Amen. Vniuerſis preſentes litteras viſuris, Volricus et Eberhardus. milites de Superiori et Inferiori Caſtris dictis Schonegge Heinricus dictus de Gunze noticiam ſubſcriptorum. Quoniam ut ait sapiens in primo folio librj sapientie. Tranſiet vita noſtra tamquam veſtigium nubis et ſicut nebula que fugata eſt a radiis ſolis, et a calore illius aggrauata, nomenque noſtrum obliuionem accipiet pro tempore et nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Oportet quod nos opera pietatis propter dominum facta teſtibus interpoſitis ſcripto ſtudioſius

commendare, ne obliuionis deuio perimi aut ſucceſſorum verſucia ſeu violencia valeant infirmari. Huius rei gracia notum fore cupimus vniuerſis, quod nos Religioſis et in domino dilectis.. Prioriſſe et eius ſororibus dictis de Wrzen, Eccleſiam dictam Byrron et tres mansus cum tribus ibidem curtilibus, ceteriſque ſuis attinenciis in Prato et in agro, in Siluis et in Ortis, boſco et plano, renunciacione iuris quod. Bertoldo. de Willehartes-houen tanquam a nobis infeodato in eandem compeciit facta ſollempniter, et Accedente nichilominus fauore et aſſenſu nobilis noſtri domini. Hartmanni, Comitis de Gruonigen a quo de ipſa Eccleſia fueramus infeodati, pro remedio animarum noſtrarum de conſenſu noſtrorum heredum duximus conferendam, vt ex eadem eccleſia et ſuis attinenciis faciant et diſponant omnia que viſa eis fuerint oportuna, Renunciantes libere et abſolute omni exactioni et iuri quod nobis in ſepedicta Eccleſia et eius attinenciis vel noſtris heredibus compeciit vel competere videbatur aut in poſterum competi poſſet, eamque cum omnibus iuribus ipſius. Predictis.. Prioriſſe et ſororibus dictis de Wrzen libere deinceps tribuimus poſſidendam. In Cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi fecimus et ſigillis noſtris nominatis teſtibus communiri. Teſtes autem hii ſunt Dominus. Fridericus. de Schonegge canonicus Auguſtenſis Dominus. B. Decanus de Aichein Dominus. H. de Richowe. Dominus. H. Troio. Dominus. H. Schwinkriſt frater. C. dictus de Babenhuſen et alii quam plures viri fideles et diſcreti. Actum anno domini. M. CC. LXXIIII. Idus Januarii.

CXIX.

Anno 1274. 1. Martii.

Hartmannus ep. Heinrico juniori marchioni de Burgowe pro pecunia quadam, bona ſua in Taigenhusen et in Gunzeburch oppignorat.

Hartmannus dei gracia Ecclesie August. Episcopus. Vniuersis presencium inspectoribus ſalutem in Jehsu Christo. Nouerint

vniuerſi quod cum Hainricus Marchio junior de Burgowe affinis noſter predilectus ſuper quadam pecunia a nobis ſibi debita moveret aliquamdiu queſtionem. quod mediantibus viris honorabilibus domino Ludewico Eccleſie noſtre prepoſito et domino Bertoldo nobili de Niſen queſtio huiusmodi amicabiliter eſt ſopita et prefatus H. Marchio ceſſit et renunciavit omni actioni et juri quod ad nos ſibi competiit vel competere videbatur. Nos quoque vt vtrimque nos in debita amicicia et preſertim ipſum in noſtris ac eccleſie noſtre obſequiis conſervemus. in centum libris Auguſtenſibus ei recognoſcimus obligatos. pro qua pecunie ſumma bona noſtra in Taigenhuſen et in Gunzeburch que ante pro trecentis marcis argenti obligavimus ipſi Marchioni ſuper addentes eidem centum marcas pro dictis centum libris, pro quadringentis marcis tantum nunc et ante eſſe dicimus obligata et aliud dampnum nos et eccleſia noſtra non tenebimur inde aliqualiter ſuſtinere. In quorum evidens teſtimonium preſentes noſtro domini. L. prepoſiti et ipſius. H. Marchionis, necnon et domini Bertoldi de Niſen Sigillis fideliter ſunt munite. Huius rei teſtes ſunt. dominus Hainricus de Hoehſteten. Hainricus dictus Guſſo. Hainricus de Scheppach. Albertus de Hegnibach. Cunradus de Rot. Eberhardus de Knoringen. Cunradus de Burgowe milites. Magiſter Cunradus. Notarius domini Epiſcopi et alii quam plures. Datum et actum anno domini. MCC. LXXIIII. Kalend. Marcii.

CXX.

Anno 1274. 5. Aprilis.

Capitulum et civitas Auguſt. Hartmanno ep. omnes expenſas, quas fecerit accedendo regem Romanorum concedunt.

Ludwicus Prepoſitus. Sifridus Decanus totum capitulum maioris eccleſie Auguſt. Vniverſis preſentium inſpectoribus preſentis

vite gaudium pariter et future. Ne falsitatis devio processu temporis veritas denigretur. expedit ea que geruntur ſcripturarum memorie commendari. Eapropter noverit discretio ſingulorum quod nos et vniversitas civium in Augusta venerabili in Christo patri et domino nostro H. Episcopo August. omnes expensas quas ipse fecerit accedendo Serenissimum dominum nostrum Regem Romanorum ſuper mutuo colloquio nunc ſecum habendo conceſſimus tali pacto. quod idem dominus noster Episcopus easdem expensas per ipsum factas nobis et predictis civibus de vniversis bonis eum in civitate Augusta contingentibus refundere ſeu perſolvere debeat cum omni dampno ſi quod nos et predictos cives exinde continget habere ſicut in instrumento ipsius domini nostri Episcopi ſuper hoc confecto plenius edocetur. Et ſi ſunt aliqua antiqua ſeu de novo emerserint. debita illa cessabunt. quousque nobis et ipsis civibus ſatisfit de expensis ſupra recitatis. Adiecimus etiam et fideliter compromisimus pro nobis S. Decanus ſide data et pro ipsis civibus H. Schongower ſimili fide quod nos in ſolidum et ſine omni dolo expensas predictas cum *omni damno* exinde habito et habendo communiter. hoc est cum *ipsis civibus* repetemus. dantes in huius rei evidens testimonium *presentes* ſigillorum venerabilis patris et domini nostri Episcopi antedicti et nostrorum munimine roboratas. Datum et actum Aug. anno domini MCC. LXXIIII. Non. Aprilis. Indictione ſecunda.

CXXI.

Anno 1274. 30. Julii.

Hainricus prepositus in Wihenberch litem cum molendinatore de Wertungen super duobus molendinis componit.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Vt geſtorum ueritas integra conſeruetur, expedit ea ſcripturarum memorie commendari. Huius rei gratia nouerint vniuerſi tam preſentes

quam futuri. quod ego. Hainricus. Humilis prepoſitus in Wihenberch. cum communi conſenſu tocius conuentus eccleſie noſtre, in lite que inter nos ex vna parte vertebatur. et Hermannum. molendinatorem de Wertungen ex altera ſuper molendino quod edificauerat ſuper locum publicum quod wlgariter vihewaide dicitur. et ſuper alio molendino noſtro ſito in Wertungen. libera et amicabilis compoſitio ex utraque parte exſtiterit celebrata tali condicione interpoſita, quod predictus Hermannus. prenominata edificia de loco publico infra. quatuordecim. dies auferat penitus et deportet. et adiecto quod omni iuri renunciaret. quod in noſtro antedicto molendino ſibi videbatur competere et habere. quod eciam conſtat vniuerſis ciuibus in wertungen, et notorium pluribus eſt antea longo tempore nobis ab ipſo ad manus noſtras reſignatum fuiſſe. Adiecto etiam et a nobis fiducialiter prefato. Hermanno. promiſſo quod ipſum nos coram domino. Epiſcopo. Auguſtenſi de excommunicacione et proſcripcione domini. Marchionis de Byrgawe, qua ad inſtanciam noſtram ligatus et proſcriptus fuerat redderemus ſine omni dampno publice et libere abſolutum. Promiſit eciam. predictus. Hermannus. data fide vice ſacramenti de cetero numquam uerbis uel factis, eccleſiam noſtram ulterius inquietare ac moleſtare. Ne vero hoc factum noſtrum alicuius induſtria ualeat irritari ſigillorum. domini Sifridi. Dapiferi. de Richen. et noſtri conuentus decreuimus communiri, et teſtibus annotari, quorum nomina ſunt. Bertoldus clericus. Sifridus de Bvech. dominus. Sifridus ſenior Dapifer. dominus. Albertus de Bvch. Cvnradus. hohenſtat. Hainricus dictus. Morhart. Sifridus dictus kikelinger et alii quam plures. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LXXIIII III Kalendas Auguſte.

CXXII.

Anno 1275. 1. Julii. Lucernae.

Philippus Carinthiae dux Rudolfo notario suo, ejusdemque uxori et heredibus utriusque ſexus curias in Pintzwanch titulo feudali confert uxorique eiusdem pro centum marcis argenti nomine dotis obligat.

Phylippus dei gratia. Dux Karinthie. dominus Carniole et Marchie tenore preſencium notum eſſe uolumus Vniuerſis. Quod nos attendentes. fidem puram et deuocionem ſinceram quam Rudolfus Notarius noſter ad perſonam noſtram geſſit. et gerit fideliter ac deuote. Conſideratis quoque gratis et acceptis ſeruiciis que idem Rudolfus nobis hactenus preſtitit. preſtat ad preſens. *et pre*ſtare poterit in antea graciosa. Curias noſtras ſitas *in Pintz*wanch. videlicet Curiam in qua reſidet Heinricus Molen*dinator* Monoculus, cum Quatuor areis in villa ad ipſam Curiam *pertin*entibus. et Curiam quam colit Heinricus Eſchſhay. que noſcuntur nobis proprietatis iure a noſtris progenitoribus pertinere. Erat enim una Curia Heinrici pincerne de Witislingen proprii militis noſtri. et eadem de ipſius Heinrici licencia. et conſenſu per infevdacionem domini Bernhardi ducis Karinthie pie memorie patris noſtri ad virum honorabilem et diſcretum Vlricum de Waldiv fuerat deuoluta. alia vero Curia ſic erat diſpoſita. quod in ea ſeruabantur et procurabantur in pernoctacionibus noſtri nuncii de Karinthia uenientes. quam predicto Vlrico redeundo de Curia Maguntina contulit in fevdum ſimiliter bone memorie pater noſter. Quas uacantes nobis per obitum Vlrici de Waldivc ſepedicti. cum heredes capaces fevdorum non relinqueret uel haberet. cum omnibus iuribus et pertinenciis queſitis et etiam inquirendis predicto Rudolfo Notario noſtro Iremgardi vxori ſue. Rudolfo priuigno ſuo et heredibus utriuſque ſexus filiis et filiabus deſcendentibus ab eiſdem. contulimus tituli feodali.

Et ad maiorem ipſis graciam exhibendam. Curias et Areas predictas. Vxori Rudolfi Notarii prenotate. ac heredibus ſuis. pro Centum Marcis argenti nomine dotis ſiue dotalicii Auguſtenſis ponderis recto obligacionis titulo obligamus. In cuius collacionis et obligacionis robur et perpetuam firmitatem preſentes dedimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes autem ſunt. dominus Lodwicus de Dilingen, Canonicus et Archidyaconus Auguſtenſis. Heinricus Capellanus, Vlricus, Martinus Bernhardus Notarii, Ditricus Rudolfus de Althaim. Heinricus de Luetzlingen Rainherus de Aichelberg. Leonhardus de Sibenaich. Reinwardus de Laibaco Milites Heinricus et Chvnradus Ciſtones Chvnradus de Stalle. Amelricus, Sighardus et Otto de Pupetſchah Eberhardus de Greiffenberch. Thomas Rudolfus Pilgrimus de ſancto Georio Camerarii et alii quam plures. Actum et Datum Lucerne. Anno domini M. CC. LXX quinto. Kalendis July. Tercie Indictionis.

CXXIII.

Anno 1276. 19. Januarii. Augustae.

Sifridus ſenior et Heinricus filius ſuus dapiferi de Donersperk curiam villicalem in Artolvingen avunculo ſuo Sifrido de Algishusen vendunt.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Sifridus ſenior. et Hainricus filius ſuus Dapiferi de Donerſperk. Salutem in omnium ſaluatore. Ne falſitas ueritati preiudicet. aut iniquitas preualeat equitati. expedit ad remouendum omnem ambiguitatis ſcrupulum que geruntur in tempore ſcripturis et teſtibus roborari. Eapropter nouerit diſcretio ſingulorum. tam preſencium quam futurorum. quod nos. Curiam que dicitur villicalis in Artolvingen. cum omnibus ſuis attinenciis. que ad nos proprietatis titulo ſpectabat. pro certa ſumma pecunie quam nos ab ipſo in prompta pecunie recepiſſe profitemur. Dilecto awnculo noſtro Sifrido de Algishvſen, Archidiacono Auguſtenſi. vendidimus pleno jure. et eam

ſibi aſſignamus. ac tradimus proprietatis titulo poſſidendam. promittentes iureiurando. quod contra venditionem huiusmodi. iure hereditario, uel alio quocumque non veniemus. per nos. uel per alios in futurum. renunciamus et omni iuris auxilio canonici. et ciuilis. quod dicto Awnculo noſtro videtur preiudicium generare. Vnde preſentes inde confectas. et ſigillorum venerabilis domini noſtri Episcopi Auguſtenſis. et mei Sifridi. quo predictus meus filius eſt contentus. cum Sigillum proprium non haberet. mvnimine ſibi dedimus inſignitas. Teſtes huius rei ſunt. Volricus Cuſtos. Marquardus Scolaſticus. Wolfhardus de Rote. Wernhardus de Seuelt. Hainricus dictus Kroph. Volricus Marscalcus. Hermannus de Porta. Canonici Eccleſie Auguſtenſis. Hiltebrandus de Voheburch . . . dictus Diezer. Rvdegerus de Elingen. Milites. Ebo. Hainricus. Siboto. et Johannes. fratres dicti Schongower. Siboto Curialis Ceruus. Voelkwinus. Hainricus Voegellinus. Ciues Auguſtenſes et Alii quam plures. Datum et Actum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXVI. XIIII. Kal Febr. Indictione IIII.

(C. 2. 8.)

CXXIV.

Anno 1277. 1. Martii. Augustae.

Hartmannus ep. traditionem curiae in Weringen, a Sibotone Schoengower hospitali civitatis Aug. factam, recepta in recompensam proprietate lapideae domus dicti Sibotonis, confirmat.

Hartmannus dei gracia. Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Salutem in domino. Ne res, preſertim Digne memoria obliuionis deuio perimantur Expedit eas ſcripture. et teſtium ſubſidiis Adiuuari. Cuius rei cauſa notum eſſe volumus. vniuerſis tam preſentibus. quam futuris. quod nos proprietatem Curie in Weringen ſite quam . . . Dictus Torwertel

nunc colit et inhabitat. quam Curiam. Siboto Schoengowenſis. a nobis in feodo habuit. et poſſedit. quam eciam idem. S. Magiſtro et fratribus hoſpitalis noſtre Ciuitatis Auguſtenſis. eo iure quo ſibi conpeciit vendidit. et donauit eidem Hoſpitali duximus conferendam Recepta tamen proinde proprietate. Lapidee Domus. Dicti Sibotonis Schoengowenſis quam proprietatem in recompenſacionem proprietatis. Curie prelibate. nobis et Eccleſie noſtre teneri volumus et ſeruari. In cuius noſtre collacionis euidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes noſtro Sigillo eidem Hoſpitali dedimus communitas. Huius rei teſtes ſunt. Sifridus de Algishuſen Eccleſie noſtre Archidiaconus. Hainricus. et Johannes fratres Schoengawenſes. Hermannus. patruus eorum. Siboto curialis Sceruus. Volricus Fundanus. Cvonradus Barba. Volcwinus. Cvonradus Vlentaler. Cvonradus Notkovfe. Ciues Auguſtenſes. et Alii quam plures. Datum et Actum. Auguſte. Anno Domini. Milleſimo CC. LXXVII. Kal. Marcii.

CXXV.

Anno 1277. 20. Aprilis. Augustae.

Liutpoldus curialis cervus, civis Aug., curiam in Vsterspach in manibus Wolfhardi de Rot canonici Aug. ejusdemque fratruelis Cunradi ad quos curia praedicta jure proprietatis pertinet, resignat.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Livpoldus. Curialis Ceruus Ciuis Auguſtenſis. Cum obſequio et honore. Salutem in domino. Noueritis. Quod ego Curiam in Vſterspach iuxta Curiam villicalem ibidem ſitam. que Curia Imperatoris vocatur uulgaliter vero Keiſershof dicitur. Quam quidem Curiam. A Domino Wolfhardo de Rot Canonico Auguſtenſi et Cvnrado fratrueli ſuo. aliiſque progenitoribus eorundem. Ad quos ipſa Curia iure proprietatis dinoſcitur pertinere tenebam in fevdo in manibus prefati Domini Wolfhardi liberaliter ſponte. Ac ſine

condicione qualibet pro me ac etiam heredibus meis reſignaui. Et ſiquid iuris michi competebat uel competere videbatur in eadem. Cum omnibus attinenciis eiuſdem Curie omnimodis renuntiaui. In cuius Rei teſtimonium eiſdem Domino Wol. et C. fratrueli ſuo preſentes literas tradidi. Sigillis Judicum Curie Auguſtenſis et Domini Lydewici de Dilingen Archidiaconi et Canonici Auguſtenſis fideliter communitas. Huius Rei teſtes ſunt et hiis interfuerunt. Judices et Archidiaconus antedictus. Honorabiles viri. Berhtoldus Abbas de Elchingen. Reinhardus Canonicus Auguſtenſis. Hermannus de Haegniperch. Berhtoldus dictus Brvnner de Wale. Milites. Arnoldus de Porta. Hainricus de Biberbach. dictus Walwan. Layci. et alii quam plures. Datum Auguſte. Anno domini. M. CC. LXXVII. XII. Kalend. Maii.

(C. 2. S.)

CXXVI.

Anno 1277. 26. Junii.

Heinricus, Siboto et Johannes dicti Schongaweri cives Augustenses, Hartmanno ep. molendinum episcopale, pontem Vindeliciae, dimidiamque hubam in Bobingen revendere promittunt.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Qvoniam diuturnitas temporum obliuionem ingerit rebus geſtis ne facta hominum dubietate vel varietate aliqua infirmentur expedit ea ſcripturarum teſtimonio adiuari. Nos igitur Hainricus. Siboto. et Johannes dicti Schongawenſes Ciues auguſtenſes. Tenore preſentium proteſtando publice profitemur et conſtare Volumus vniuerſis preſentis inſtrumenti ſeriem inſpecturis quod cum Reuerendus pater ac Dominus Hartmannus Auguſtenſis Eccleſie Episcopus vniuerſa bona que ab ipſius Eccleſie dignitate priuilegio feodali poſſidere videbamvr nobis et heredibus noſtris. pure ac libere poſſidenda

contulerit conſenſu et Voluntate tocius Capituli plenius accedente nos. Dominorum ac Virorum Honorabilium Auguſtenſis Eccleſie Canonicorum acquieſcentes peticionibus decreuimus infra ſcripta bona videlicet Molendinum Episcopale. Pontem Vindelice. Dimidiamque huebam ſitam in Bobingen, ipſis et Eccleſie ſue ſi de hoc ab eiſdem in poſterum requiſiti fuerimus pro Quingentis et. XXV. libris denariorum vendere auguſtenſium ſecundum quod pater noſter kariſſimus felicis recordationis antedicta bona de memorata Eccleſia rationabiliter comparauit. In Cuius rei teſtimonium euidens et cautelam. Eccleſie ſepeſate preſentes dedimus. Sigillorum Ciuitatis Auguſte ac propriorum. cum ſubnotatis teſtibus qui ſunt Lvodewicus prepoſitus. Sifridus Decanus. Chvno plebanus. Vlricus cuſtos. Vlricus cellerarius. Sifridus de Alggishvſen. Lvdewicus de Dilingen. Magiſter Heinricus de Nidelingen Wolfhardus de Rot Canonici maioris Eccleſie auguſtenſis. Voelkwinus. Siboto curialis ceruus. Baſtianus, Chunradus, Hermannus Schongawenſes. Livpoldus Schroter ſenior. Chvnradus hollo Ciues auguſtenſes. mvnimine lucidius roboratas. Scriptum. Anno incarnationis domini Milleſimo. Ducenteſimo. Septuageſimo ſeptimo. Sexto kalendas. Julii.

(C. 2. S.)

CXXVII.

Anno 1277. 14. Augusti. ap. Babenhusen.

H. dictus de Gunz dominabus in Bvrron bona sua ibidem, vulgariter dicta Lehen, jure canonico pro VI. libr. Memming. vendit.

Vniuerſis preſentium tenorem intuentium. H. dictus de Gunz quidquid honoris uel perpetui ſeruitii promptum famulatum Quia de facili a memoria hominum elabuntur dignum eſt ut non memorie uerum etiam ſcriptis evidentius ſingula commendemus. Cum amicorum pietas ueneranda ſuis amicis non deneget que rectitudinis ueſtigia non tranſcendunt. Igitur omnibus per pre-

ſentium tenorem innoteſcere uolumus. nos vna cum filio noſtro reuerendis ac religioſis dominabus in Burron bona noſtra quod uulgariter dicitur lèn ibidem iure canonico vendidiſſe. Videlicet pro VI. libris Memmingenſibus nichil replicandum. ſed omni iure poſſidendum tamquam noſtra huc uſque exſtitit uera poſſeſſio a nobili Comite de Grueningen quem iuſpatronatus ibidem tangiſſet. Nichilominus adicientes quod ſi diuina miſericordia preueniente filii uel filie per nos procreantur. minus prelibatis in noſtro tractatu preiudicari audeant uel poſſint ſed omnia uera et inconuulſa permanſura. Acta ſunt hec aput Babenhuſen. Anno. domini. M.-CC. LXX. VII in vigilia. aſſumptionis. Teſtes autem ſunt hii. dominus Fridericus de Schonegge canonicus auguſtenſis. Wol. de antiquo Schonegge. Dominus Heber. de nouo Schonegge. H. de Ricowe. H. dictus ſwerfurbe. de babenhuſen. et alii quam plures ſi neceſſitas ingruerit quorum auxilia et conſilia ad memoriam reuocamus.

CXXVIII.

Anno 1277. 31. Decembris. Augustae.

Ulricus comes de Helfenstain conſentièntibus filio suo Ulrico hujusque uxore Adelhaidi bona sua in Oberndilingen et jus patronatus ecclesiae ibidem ad aram b. V. Mariae in Augusta tradit.

In Nomine domini Amen. Notum ſit vniuerſis preſencium inſpectoribus. Quod nos. Volricus Comes de Helfenſtain. bona et poſſeſſiones noſtras in Oberndilingen que quidem bona et poſſeſſiones continere debent in Annuis redditibus. iuxta eſtimacionem dominorum que eſtimacio wlgariter. Herrengülte nuncupatur. XI. libras. et. V. ſolidos auguſtenſes quos etiam redditus integraliter expedire tenemur ius patronatus et aduocaticium. Eccleſie. ibidem cum vniuerſitate tranſire volentes. Pratis. Paſcuis. Siluis. Agris. Cultis et incultis. viis. inviis aquis aquarumque decurſibus. Juribus.

Jurisdictionibus. ac aliis omnibus bonis et poſſeſſionibus noſtris ibidem. queſitis et inquirendis. cum ſuis pertinenciis dedimus donauimus et tradidimus libere. ad Aram beate virginis Marie in Auguſta. pro Quadringentis libris hallenſium. ex parte Capituli ibidem nobis numeratis et receptis de conſenſu et voluntate. Volrici filii noſtri. ac aliorum heredum noſtrorum a predicto Capitulo iuri proprietatis vtenda perpetuo et poſſidenda. Ad hec Adelhaidis nurus noſtra vxor videlicet filii noſtri predicti omni iuri quod ei in predictis bonis et poſſeſſionibus racione donacionis ſibi propter nupcias facte quod wlgariter dicitur Morgengabe uel alio quoquomodo competebat nel competere videbatur de conſenſu Nobilium virorum videlicet Domini. H. Marchionis de Burgowe ſenioris avi. et domini Berhtoldi Comitis de Graifeſpach. patris. ac etiam mariti eius ſupradicti ſponte ac libere renunciauit. Et in donacionem predictam conſenciens omnino preſtitit corporale iuramentum poſſeſſiones predictas ſe nunquam de cetero repetituram. Preſertim cum ei reconpenſatio predictorum bonorum per poſſeſſiones ſitas in Truebenhoven et in Zoeſchingen de voluntate et aſſenſu. venerabilis domini. L. ſummi prepoſiti fratris noſtri ſit et fuerit facta cum integritate. Preterea ad caucionem donacionis noſtre ſupradicte ſufficientem confitemur nos et heredes noſtros prefato Capitulo de euictione ſecundum ius et conſuetudinum terre teneri. Et ne iſta in dubium aliquatenus reuocentur preſentes exinde confecte. Venerabilis patris et domini Hartmanni Epiſcopi Auguſtenſis. Domini. H. Marchionis de Burgowe ſenioris domini. Berhtoldi Comitis de Graifeſpach fratris noſtri domini. L. ſummi prepoſiti Auguſtenſis ſupradicti ac noſtro in quod. Volricus filius noſter et vxor ſua predicti conſentiunt ſigillis fideliter ſunt communite. Teſtes huius rei ſunt et hiis interfuerunt. Honorabiles viri. Sifridus Decanus. Kvono Plebanus. Marquardus Scolaſticus. Volricus Cuſtos. Sifridus de Algiſhuſen. Ludewicus de Dilingen. Magiſter Hainricus de Nidelingen. Archidyaconi. Wolfhardus de Roth. Dietherus de Mahtolſhain. Wernhardus de Sevelt. Canonici Auguſtenſes. Item dominus. Trutwinus abbas Ceſarienſis. Magiſter H. de Lantershain. Archidyaconus Aiſtetenſis. viri Nobiles dominus Cunradus

de Niſſen. dominus. R. de Alto Caſtro.. dictus Spaete. et dominus de Mvnſtern. Hainricus de Hoeheſteten. Hainricus dictus Guſſe. H. et Vol. dicti de Vbrichingen. Volricus de Dilingen et Hainricus de Auguſta Milites et alii quamplures. Datum et Actum. Auguſte. Anno domini. M. CC. LXXVII. Pridie Kalend. Januarii.

(C. 2. S.)

CXXIX.

Anno 1278. Augustae.

Hartmanus ep. capitulo ſuo ecclesiam in Obern-Dilingen in usus praebendarum donat.

In nomine domini Amen. Hartmannus dei gratia Auguſtenſis *Eccleſie* Epiſcopus. Vniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem *in Jehſu* Chriſto. Ne geſta hominum a via deuient veritatis. expedit ea ſcripturarum ſubſidiis adiuuari. Nouerint igitur vniuerſi. quod nos Dilectorum in Chriſto. Venerabilis Domini Ludewici prepoſiti. Sifridi Decani. Tociusque Eccleſie noſtre Capituli precibus annuentes et volentes eis nunc et in poſterum pie in domino prouidere Eccleſiam in Oberndilingen cuius ius patronatus cum omnibus ſuis pertinentiis ad ipſum Capitulum ſpectare dinoſcitur donamus et donauimus in uſus ſuarum prebendarum cum a predicto domino Lydewico prepoſito prefato Eccleſie nunc Rectore vacare ceperit tam in ſpiritualibus quam in temporalibus regendam perpetim et tenendam. Ita tamen ut ad regimen ipſius Eccleſie Clericum ydoneum nobis et ſucceſſoribus noſtris inſtituendum pro vicario repreſentent prebendam talem eidem aſſignantes ut nobis et ſucceſſoribus noſtris Archidyaconis et Decanis loci qui pro tempore fuerint in iuribus obedientiis debitis et conſuetis valeat et debeat reſpondere. In cuius noſtre donationis euidens teſtimonium et perpetuam firmitatem preſentes noſtro et Capituli

noſtri. Sigillis fecimus communiri. Datum Auguſte. Anno domini Mill. CC. LXX. VIII.

(C. S.)

CXXX.

Anno 1279. 1. Februarii. Augustae.

Rudolfus de Hurnheim, dictus de Katzenstein, ab Hartmanno ep. et capitulo August. ſibi advocatiam de bonis in Rystingen certis conditionibus comiſsam eſse pronuntiat.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Rudolfus de Hurnheim. dictus de Kazzenſtein. Salutem in omnium ſaluatore. Cum venerabilis Pater et dominus. Hartmannus Epiſcopus Auguſtenſis. necnon Capitulum eiuſdem. confiſi. quod bona in Ryſtingen. diſſipata multipliciter et diſtracta. per me valeant reformari. Aduocaciam ibidem michi duxerint committendam. Et ego ad ipſius Aduocacie abſolucionem viginti libras Auguſtenſes. duxerim aſſignandas. Notum eſſe cupio vniuerſis quod tantum iure Aduocaticio vti debeo in eadem et bona ibidem cum hominibus et omnibus attinenciis ſuis pro viribus defenſare. Reſtitutis eciam michi predictis. viginti libris Auguſtenſibus dictam Aduocaciam quocumque iure michi commiſſam prefatis domino Epiſcopo et Capitulo eius libere reſignatam ſine omni mea et heredum meorum impeticione profiteor publice per preſentes. In cuius evidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes conſcribi volui et Sigilli mei munimine roborari. Datum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXVIII. Kalend. Februarii.

CXXXI.

Anno 1279. 22. Decembris. Augustae.

Lis inter Reinhardum canonicum August. eccl. et Berhtoldum de Bobingen de damnis et violenciis ab hoc eidem in molendino capituli August., ſito in Bobingen, irrogatis, per arbitratorem Wolfhardum de Roth canonicum Aug. terminatur.

In nomine domini Amen. Notum ſit vniuerſis preſentium inſpectoribus. quod cum Dominus Reinhardus Canonicus Eccleſie Auguſtenſis et Bertholdus de Bobingen. ſuper cauſa ſeu controuerſia que inter eos ſuper dampnis. violenciis et iniuriis. ipſi Canonico per eundem Bertholdum et ſeruientem ſuum Cvonradum de Gemphingen videlicet in Molendino Capituli Auguſtenſis ſito in *Bobingen*. ſeu alio quoquo modo irrogatis in Nos Wolfhar*dum de* Roth Canonicum Auguſtenſem concorditer compromiſiſſent *et ſide* data et ſub pena. X. librarum denariorum Auguſtenſium. promiſiſſent ſe ſeruaturos fideliter et impleturos quicquid ordinaremus. ſuper premiſſis inter eos amicabiliter et diffiniremus. ex ordinatione et diffinitione noſtra Ambo ante omnia ſunt et facti fuerunt Amici. Et Dominus Reinhardus predictus ſub religione iuramenti preſtiti renuntiauit pro ſe et Capitulo prefato omni actioni que ſibi contra eundem Bertholdum et ſeruientem ſuum predictum et alios quoscumque occaſione eiuſdem Bertholdi con*petere* aſſerebat. Idem etiam Cvonradus. de Gemphingen, et Bertholdus frater ſuus Monlendinator de Inningen renuntiauerunt omni iuri ſeu actioni ſiquod eis in predicto Molendino in Bobingen conpetebat vel conpetere videbatur. Et ipſe Bertholdus de Bobingen ſimiliter corporali preſtito iuramento promiſit quod nec per ſe nec aliquos de familia ſua ſeu alios quoſcumque prefatum Canonicum ſeu Capitulum in Molendino predicto vel Molendinatorem in eodem extunc exiſtentem verbo opere conſilio fauore et auxilio

de cetero grauaret aliqualiter vel moleſtaret directe vel indirecte publice vel occulte. Quod ſi forte quod abſit quandocumque vel quotienscumque infregerit et hoc conſtaret vel de hoc legitimis probationibus euinceretur extunc monitus poſt menſem prefato Domino Reinhardo de dampnis ſibi illatis et de X. libris denariorum Auguſtenſium in penam. ſicut ſuperius eſt expreſſum. remanebit obligatus. Pronuntiauimus inſuper et mandauimus ex arbitraria poteſtate vt idem Bertholdus de redditibus ſubtractis in Molendino eodem. prefato domino Reinhardo et ipſi Capitulo infra inſtans feſtum Sancti Georii plenarie ſatisfacere. non obmittat. Super quibus redditibus ſoluendis in termino predicto ſe et Dominum S. de Algiſhuſen. Archidiaconum Auguſtenſem in ſolidum obligauit. Teſtes ſunt Dominus Bertholdus Abbas de Elchingen. Dominus Ber. de Baldern. Canonicus Auguſtenſis. Magiſter H. Officialis Curie Auguſtenſis. H. de Agenwanh et alii quamplures. In cujus rei teſtimonium preſentes exinde confecte Judicum Curie Auguſtenſis. Domini. S. de Algishuſen predicti et prefati Bertholdi. ac noſtro Sigillis. fideliter ſunt communite. Actum et datum. Auguſte Anno domini. M. CC. LXXVIIII. XI. Kalend. Januar.

(C. 4. S.)

CXXXII.

Anno 1280. 20. Aprilis. Augustae.

Capitulum eccles. Aug. tria bona in Stadeln ab Heinrico dicto Fraz ad aram S. V. Mariae donata, Heinrico fabro de Memmingen jure censuali confert.

In nomine domini amen. Ludewicus prepoſitus. Rudolfus Decanus. Totumque Capitulum Maioris Eccleſie auguſtenſis. Vniuerſis ad quos preſentes peruenerint noticiam ſubſcriptorum. Quoniam ex variabili ſtatu hominum facta plurima obliuionis vicio denigrantur. expedit ut ea que geruntur ab hominibus ſcripture teſtimoniis adiuuentur. Ea propter nouerit diſcretio ſingulorum. quod cum

Hainricus dictus fraz. Tria bona in Stadeln ſita proprietatis titulo poſſideret et eadem ſuper Aram principalem beate virginis chori noſtri manu libera traderet ac donaret nos ipſa bona Hainrico fabro de Maemmingen et heredibus ſuis Jure Cenſuali quod uulgariter Cinslehen dicitur ſana deliberatione prehabita contulimus poſſidenda. Ita tamen quod ipſe Hainricus de Memmingen vel ad quemcumque eadem bona ſeu ex ſucceſſione hereditaria ſeu alienatione alia quacumque deuoluta fuerint dimidiam libram Cere ponderis Minoris annuatim In vigilia annuntiationis beate virginis ſuper Aram predictam nomine cenſus et Jure predicto tribuat et aſſingnet. In Cuius rei teſtimonium prelibato Hainrico et heredibus ſuis hanc litteram tradidimus. appenſione ſigillorum Capituli noſtri ſcilicet et Hainrici dicti fraz firmiter communitam. Teſtes vero ſunt Chvno plebanus. Marquardus ſcolaſticus. Sifridus de Algishuſen. Wolfhardus de Rot Eccleſie noſtre Canonici. Chvnradus Vlntaler. Hainricus de Vetingen. Berhtoldus de Huſteten. Ciues auguſtenſes et alii quam plures. Datum et Actum auguſte. Anno domini. M. CC. LXXX. XII. Kalendas Maij.

CXXXIII.

Anno 1280. circ. 20. Julii.

Degenhart und Sibot von Gvnndolfingen geben Markwarten von Laugingen, und den Gebrüdern Hartmann, Heinrich und Chvnrat Langenmantel den Zehend zu Altheim zu Lehen.

In nomine domini amen. Ich Degenhart von Gvndolfingen vnde Sibot min bruder wir thvon chvnt allen den die diſen brief läeſent höerent oder ſehent, ſogtan lehen vnde her Marqwart von Laugingen hern Volkwinſ tohterman hete an den zaehenden ze Altheim von herrn Hainriche von Stauffen, daz ſin lehen waſ von dem Abte von Aelwangen, daz er daz ſelbe lehen bi vnſ vfgeſant hat vnſerm herren dem Abte, Der hat vnſ dazſelbe lehen

geliehen ze rechtem lehen, Vnde habe wir danne herm Marquarden der da vor genant iſt, Vnde herm Hartmanne dem langenmantel, Vnde ſinen brvdern Hainriche Vnde Chvnrade daz ſelbe lehen geliehen ze rehtem lehen mit einer lehenſ hant. Vnde ſvln da mit thvon allez daz, deſ er vnſ ermant, daz im nvtze vnde gvt iſt, ez ſi iezv oder her nach. Vnde haben im dar vmbe geben diſen brief beidiv in vnd den langenmaenteln, verſigelt vnde geveſtent mit vnſerſ vater Inſigel, wande wir ſelbe nicht aigener Inſigel haben. Vnde ſint deſ geziuge her Hainrich der alte von laugingen. Berhtolt Mvenchlin. Hainrich der rihter. Vlrich der bophinger. Marqwart der Grenger vnde ander genvge. Do daz geſchach vnde auch dirre brief geben wart, do waſ von Goteſ gebvrte Tuſent iar, zwaj hundert iar, in dem ahzigoſten iare In der wochen vor ſant Jacobſ tage.

(C. S.)

CXXXIV.

Anno 1280. 20. Julii.

Hainrich von Stavffen ſendet den an Markwart von Laugingen verkauften Zehend ſeinem Herrn dem Abte von Aelwangen auf.

Ich Hainrich von ſtavffen, thven chvnt allen den die diſen brief leſent horent oder ſehent, daz her Marqwart von Laugingen kauft hat vmbe mich ſogtan manlehen alſ ich hete an eime zaehenden ze Althcim der min lehen was vor dem Abte von Aelwangen vnde den der her Hartman der Bâer von laugingen von mir hete ze rchtem lehen, Vnde han ich daz ſelbe lehen vſgeſant minem herren von Aelwangen vnde han daz getan bi herm Daegenharde vnde bi herm Siboten von Gvndolvingen, mit ſogtaner beſchaidenheit, Chvmt ez darzv daz her Marqwart des bedvrfen wil, daz er daz vorgenante lehen von minem herren dem Abte von Aelwangen enphahen wil, ſo ſol ich mit im dahin riten vnde ſolz im vſgeben vnd allez daz thvon des er derzv bedarf. vnde ſol er mich

beleiten da hin vnde her wider, vnde ſol mir die koſt geben. Vnde anders ſol er mir cheinen ſchaden abe thvon. Vnde ſol auch des ſelben lehens ſin rehter gewâer ſin. Vnde ſwa ez im anſpreche wurde in den ziln als ich ez im ſtâeten ſol nah des landes rehte ſo ſol ich ez im entlôeſen ane allen ſinen ſchaden. Vnde daz ez im alſo ſtâete belibe vnde vnzerbrochen, darvmbe han ich im geben diſen brief verſigelt vnde geveſtent mit hern Hainriches Inſigel von ſtavſen mins bruder, der korherre ze Auſpurch iſt, wan ich ſelbe nicht aigens Inſigels hete. Vnde ſint darvber geziuge her Hainrich min bruder korherre von Auſpurch, her Vlrich min bruder von ſant Vlriche ze Aúſpurch. her Hartman der langemantel. Chvnrat ſin bruder, Chvnrat der ſtetſchriber vnde ander genvoge. Do daz geschach Vnd auh dirre brief geben wart do was von Gotes gebvrte Tuſent iar, zwaj hvndert iar, in dem ahzigoſten iare, an dem ſamztage vor ſant Jacobs tage.

CXXXV.

Circ. an. 1280.

Brvne von Riſenspurch gibt eine halbe Hube zu der Burg Richen mit Albrecht Suntheims Hand dem Gotteshaus zu Wihenberg.

In nomine domini Amen. Wir tugen kvnt allen lvten die diſen brief horent leſent oder ſehent Daz her marqvart von richen, ain lehe het von heren brynen von riſenspvrch, er vnd ſin erben daz ain halbiv hveb iſt vnd lit ze richen ze der bvrch, Do die do ſturben div lehenſchaft geviel an heren Albrechten von Svnthain, Der hat ſit die lehenſchaft dem von riſenspvrch vfgegeben, So hat der von riſenspurch daz aigen gegeben mit heren albrehtes Hant von ſvnthain, dem goteſhuse gen wihenberch als daz recht daz er dar heit an daz, daz drus verlenthe iſt, von her albreſh hant von Svnthain, Daz daz alſo veſte vnd ſtet belibe, Dez ſint gezivge, her albrcht der gvzſe von brenz vnd her wernher von

ſvnthain vnd der lerner der kneht von riſenſpvrch, vnd her vlrich der bechenhaimer von gvndolvingen.

(C. S.)

CXXXVI.

Anno 1281. 21. Januarii.

Heinricus Gula de Wolfsperch fratribus monasterii Schoenfeldens. locum Hezſilinbach donat.

Vniuersis presencium inspectoribus. Heinricus dictus Gula de Wolfsperch noticiam ſubscriptorum. Ne falsitatis devio processu temporis veritas denigretur. expedit ea que geruntur ſcripturarum et testium memorie commendari. Eapropter nouerit discretio ſingulorum quod ego ad honorem dei ac genetricis ſue gloriosissime virginis Marie nec non omnium ſanctorum locum qui dicitur der Hezſilinbach tam in campis quam in lingnis et ibidem cum advocacia mea ejusdem loci ſitum aput locum qui dicitur Munster augustensis dyocesis fratri Heinrico Sacerdoti ordinis Sancti Benedicti exhibitori presentium ac ſucceſſoribus ſuis vniuersis contuli tenendum vtendum et fideliter possidendum volens vt ipse frater Heinricus ac ſuccessores ſui ſinguli et vniuersi ibidem deo et ſuis ſanctis perpetim famulentur. In cuius rei testimonium presentes exinde canfectas conscribi volui et ſigillo meo munimine roborari vt et ibidem nullus predictis fratribus ſub regula beati Benedicti deigentibus inferat indebitam aliquam offensionem. Acta ſunt hec anno domini Millesimo CCLXXXI. XII. Kal. Februarii.

(C. S.)

CXXXVII.

Anno 1281. 15. Februarii. Augustae.

Hartmannus ep. hospitali civitatis August. decimas in Tviringen, a Sifrido Marſchalco de Oberndorf eidem venditas, appopriat.

Hartmannus dei gracia ecclesie August. Ep. Vniuersis presentium inspectoribus ſalutem in Jesu Christo. Ne res presertim digne memoria obliuionis deuio perimantur. Expedit eas ſcripturarum et testium ſubsidiis adjuuari. Cuius rei causa nouerit discretio ſingulorum. Cum dilectus et fidelis noster Sifridus Marscalcus de Oberndorf decimas in Tviringen quas a nobis et ecclesia nostra in feodo tenuit magistro et fratribus hospitalis ciuitatis nostre August. vendidit. renuncians cum fratribus ſuis omni juri quod in dictis decimis ſibi competiit vel competere videbatur. Idem *etiam* Marscalcus in refusionem proprietatis dictarum deci*marum* proprietatem curie ſue in Braitenwanch nobis et Ecclesie *noſtre* donavit pleno jure. quod nos ad dicti Marscalci peticionem et ob ſavorem quem dicto hoſpitali noſtro gerimus. proprietatem ipsarum decimarum predicto hoſpitali contulimus perpetuo poſſidendam. In cuius euidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes ſigillo noſtro dedimus fideliter communitas. Huius rei teſtes ſunt. Fridericus de Zolre avunculus noſter. Vlricus Marſcalcus Werenhardus de Seuelt Eccleſie noſtre Canonici. Dominus Volquinus. Siboto Curialis Ceruus. Conradus et Heinricus dicti Baerte. Hartmannus dictus Langenmantel. Marquardus de Laugingen ciues noſtri Auguſten. et alii quam plures. Actum et datum Auguſte Anno domini MCCLXXXI. XV. Kalend. Martii.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

CXXXVIII.

Anno 1281. Circ. Octobris.

Gerichtliches Erkenntniss des Vogtes und der Ratgeben der Stadt Augsburg um ein Haus.

In nomine domini Amen. Ich Hainrich der Schongower Vogt in Avgspurke vnde wir die ratgeben von der Stät. tvn kvnt allen den die diſen brief leſen hörent oder ſehent. Daz herre Johannes der Burkgrave, do der tailte ſin hus mit herren Frideriche ſine bruder, daz er do ſein tail des hvſes verkavſte. vnd gap daz do herrem Sifride von Algishuſen dem Korherren von Avspurk. Do des do innan wart der herzoge Ludewik von Baiern. der ſand her ſin brieve, vnd hiez daz hvs verſprechen der frowen von Startzhvſen in vogtes dinge. Do des innan wart herre Johannes der Bvrkgrave, do fvr er für Gerichte in den näheſten Vogtesdinge, daz darnach was, vnd gert vrtail wan der Herzoge ſin hvs hete verſprochen, in den nächeſtem Dinge obe niemen nv kome der cz anſpräche. Waz darvmbe reht were, Do wart ertailet, daz er warte driv Vogtes dink. Köme dann ieman daz man im danne riht, nach der ſtät rechte. Do kom nieman gegen ime in dem Vogtesdinge, der an ſin hvs iht anſpräche. Do daz ander vogtes dink kom, do tet er daz ſelbe, do kom aber nieman gegen im. ze dem dritten vogetes dinge tet er daz ſelbe, do kom aber nieman gein ime. Als do daz vierde vogetes dink kom, do gin her Johannes der Burkgrave für Gerihte vnd gert Urteil. Wan er gewart hette driv vogetes dink, vnde inz vierde kumen wäre, vnde nieman an ſin hvs nicht geſprochen hete, wie ez nv dar vmbe geſtan ſolte. Daz wart gezogen an daz buch daz ſäit alſo, Swer ain aigen anſpräche in vogetes dinge, volle fvre der niht mit ſiner clage in drin vogetes dingen, ſo ſolte iener fürbaz gervwik ſitzen ewiclichen vor der anſprache. Des wart gevolget al vmbe vnd vmbe. Da gert her Johannes Vrteil, wan ſolte imè wol der ſtet briev dar vber geben. Der wart ime

ertailet als reht was mit geſamenter vrtail. Vnde davon daz herrm Johannes dem Burkgraven iht vergezzen werde der vorgeſchriben Vrtaile, dar vmbe iſt ime geben dirre Briev verſigelt mit der ſtet Ynſigel daz daran gehangen iſt. Vnde ſint dar vmbe gezivge herre Hainrich der Schongower, der do vogt was, vnd Sibot vnd Johans ſin Brvder, vnd der alte Volkwin. her Sibot der Stolzhirz. her Vlrich Fundan, her Livpolt der Schrötär der alte, her Sebaſtian Conrat der ſtet Schribär vnde ander erbär Livte genvge. Do daz geſchah vnde dirre Briev geben wart, daz was in dem vogetes dinge, daz in dem herbeſt was. Do von Griſtes gebvrte waren Tuſent Jar, zwai hvndert Jar. In dem Aine vnd Ahtegoſtem Jare. des Tages do daz dink ende nam.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

CXXXIX.

Anno 1282. 8. Martii.

Heinrich der Schongawer verkauft an die Gebrüder Hartmann, Chunrat und Heinrich die Langenmantel, und an Markwart von Laugingen eine jährliche Gült aus dem Zoll zu Kluſe bei Sterzingen, Lehen von dem Biſchof von Augsburg.

In nomine domini amen. Ich Hainrich der Schonguwer Bvrger von auſpurch tvn kunt allen den die diſen brief leſent hornt oder ſehent. Daz ich ze kaufen han geben. herm hartmanc dem langenmantel. vnd herm marqwart von laugingen. vnd herm Cvnrat vnd herm heinrich deſ langenmantels Brvoder vnd irn Erben. Sezehen phunt Berner gulte aelliv iar. div min lehen warn. von minem herren dem Biſchof von auſpurch vz ſime zolle ze cluſe der da lit bi ſterzingen. vmbe Eilfthalp phunt auſpurger pheninge. mit ſo getaner beſcheidenheit ob in die vorgenanten

gulte indert anſpreche wrde. oder in mit reht von den handen gienge oder mir. als lehens reht were. ſo ſhol ich in wider geben zwelf phunt auſpurger pheninge vnd han in dar vmbe ze burgen geſezet. Siboten vnd Johanſen mine brvoder zv mir vnverſheidenlichen, ob in die vorgenante gvlte mit reht engienge als da vor geſchriben ſtat. So ſhuln ſi manen. bede min brvder. vnd ſchuln in die leiſten in einem lithuſe in rehter giſelſeſte. an geverde, hunz daz ich ſi gewert der vorgenanten zwelf phunt an allen irn ſhaden. vnd wer aber daz in mine bruder brechen vnd in niht leiſten wolten. Swelen ſchaden ſi der pheninge dane nemen. an juden oder an Criſten den ſchul wir in abe tvon. an alle widerrede. vnde daz in daz alez alſo ſtete belibe vnd vnzerbrochen, dar vmbe han ich in geben diſen brief verſigelt vnd geveſtent mit minem inſigel vnd mit miner brvder div dar an gehangen ſint. vnd ſent des gezivge. her Sibot der alte ſtolzhirz. her Volrich fvndam. Sibot der iunge ſtolzhirz. her Heinrich zetenaker. heinrich illetis. volrich vogelin. Cvnrat ortwin. vnd ander genvoge. Da daz geſchach vnd auch dirre brief geben wart da was von Chriſtes geburte tvſent iar zwei hundert iar in dem andern vnd hazagoſten iar, an dem Suntage ze mittere vaſten.

CXL.

Anno 1282. 27. (25) Martii. Augustae.

Ulricus de Maeſsenhusen recognoscit, quod a capitulo ecclesiae Aug. defensor poſseſsionum in Toettenrieht sub certis conditionibus electus fuerit.

In nomine domini Amen. Ad Rei memoriam ſempiternam. Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Volricus. de Maeſſenhvſen. Salutem in domino. Nouerit vniuerſitas veſtra et omnes ac ſinguli firmiter cognoſcatis quod Reuerendi viri Ludewicus prepoſitus. Rvdolfus Decanus. Totumque Capitulum Eccleſiie Auguſtenſis. Rerum et poſſeſſionem ſuarum in Toettenrieht me elegerunt et

receperunt in defenſorem legitimum ac cuſtodem. Et quia nemo conpellitur ſuis ſumptibus militare ſeu pro aliis ſuis ſtipendiis miniſtrare pro huiusmodi defenſione ſeu cuſtodia de qualibet Hvba. Metretas quatuor Avene de dimidia duas de quarta parte Hvbe vnam Metretam michi debere cedere prouide ſtatuerunt. Ita tamen quod a Rvſticis ſeu colonis ipſam Avenam non petam ſeu exigam ſet a prepoſito qui pro tempore fuerit conſtitutus. Et ſi per me uel aliquos uel aliquem de familia mea aliud quicquam quam ut ſupradictum eſt exactionibus herbergariis ſeu modis aliis quibuſcumque exegero ſeu rapuero et infra Menſem ammonitus non reſtituam cum effectu ab omni eo et iuribus quod ex huiusmodi defenſione et cuſtodia mihi competebat uel que competere uidebantur cecidi et priuatus ſum ipſo iure. Hec omnia. Anno domini. M. CC. LXXXII. Indictione X. viceſimo-ſeptimo die Menſis Marcii die videlicet. Annvnciationis beate Virginis in Eccleſia ſuper Aram Maiorem iurauj attendere et fideliter obſeruare. Ita quod huiusmodi defenſio et cuſtodie commiſſio niſi et ipſi iurent et que in hac carta continentur diligenter obſeruent meos non tranſeat ad heredes. In Cuius rei teſtimonium *preſentes*. Sigillis et Venerabilis patri dominj Hartmanni Epiſ*copi* Capituli et meo predictis prepoſito. Decano. Totique Capi*tulo* dedi confectas exinde commvnitas. Actum Auguſte in Gradibus. Anno et die predictis.

CXLI.

Anno 1282. 25. Junii. Augustae.

Georius et Heinricus fratres de Swangowe capitulo ecclesiae Aug. decimas ſuas in Grabun vendunt.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus Georius et Hainricus fratres dicti de Swangowe noticiam ſubſcriptorum. Ne falſitatis deuio proceſſu temporis veritas denigretur expedit ea que geruntur ſcripturarum et teſtium memorie commendarj. Eapropter Nouerit

diſcretio ſingulorum. quod nos Honorabilibus viris. L. prepoſito. R. Decano. Totique Capitulo Eccleſie Auguſtenſis vendidimus ac perpetua donacione donauimus decimas noſtras in Grabun ſitas ac alia bona noſtra quecumque ibidem ſita pro quadam quantitate pecunie tenenda vtenda et perpetim poſſidenda et ipſis ſuper bonis antedictis tenerj volumus de qualibet euictione dantes eidem Capitulo in predictorum euidens teſtimonium preſentes noſtri sigillj munimine roboratas. Teſtes ſunt. S. de Algishuſen. Wolfhardus de Rot. H. de Friberch. H. dictus Croph. H. de Beringen. Canonici Eccleſie Auguſtenſis. Dominus Abbas monaſterij de faucibus. Magiſter. C. Notarius. Magiſter Berhtoldus et alij quam plures. Datum et Actum Auguſte. Anno Dominj. M. CC. LXXXII. septimo Kalend. Julij.

CXLII.

Anno 1282. 8. Julii. Augustae.

Hartmannus ep. capitulo suo quandam decimam in Maerdingen confert.

Hartmannus dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus vniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem in domino. Cum Frater. Hainricus. quondam Miniſter in Horburch dictus Zaeherlin quandam Decimam in Maerdingen ſitam que Octaua dicitur a nobis in feodo teneret. Notum eſſe volumus vniuerſis quod nos proprietatem eiuſdem Decime nobis pertinentem Capitulo noſtro ob dilectionem quam eidem gerimus duximus conferendam. In cuius euidens teſtimonium preſentes Sigillo noſtro dedimus communitas. Datum Auguſte Anno domini M. CC. LXXXII VIII. Idus Julii.

CXLIII.

Anno 1282. circ. 28. Julii.

Biſchof Hartmann vereiniget ſich mit den Bürgern der Stadt Augsburg wegen des Zolles an der Waertach-Brücke und ſetzt gemeinſchaftlich mit denſelben einen neuen Zolltarif fest.

In nomine domini amen. Wir Hartman von gotes genaden Biſſchof von Auſpurch thvon chvnt allen den die dieſen brief lôeſent hôerent oder ſoehent ſogtan clage vnde vnſer lieben burger von Auſpurch vnde die Stet gemainlichen vnde auh daz lant hete hince Hermanne vnſerm Brvggehaien zu Wâertahprugge daz er vnrehten zol nâeme. Daz wir darzv gaben mit vnſers Capitels rate hern Sifriden von Algishuſen. hern Wolfharten von Rot. vnde hern Marqwart von Berien den Schulmaiſter, vnde *ſazzen die* nider zv den burgern, die von dem Rate darzu geben *wurden,* daz was her Volkwin der alte. her Hainrich der Schongawer. her Chvnrat Reinbot. vnde her Chvnrat Notnagel. Vnde chomen die vber aine daz ſi der brugge ſchrieben den zol der von alter her reht wâere Vnde darnach mit gemaime rate des Capitels vnde der burger namen ſi darzv Bruder Eberharten den bruggehaien vnde mit des rate wan ez im von alter her chvnt was wart dirre brief gemachet vnde geſchrieben als her nach geſchrieben ſtat. Ein laſtwagen mit ruhen hvten der treit zwainzik vnde driv hvndert hvte oder mer, der git ze zolle ſachzehen phenninge. Iſt aber minnr druffe dann ein laſt, ſo git man ie von dem hvndert funf phenninge. Iſt aber ir funfzik, da git man dri phenninge von. Swaz aber ir minnr iſt danne ein halp hvndert da git man zwen phenninge von vnce an ein vierteil. Minnr danne ein viertail git einen phenninch. Iſt aber niwan ein einigev hvt da div git einen helblinch. Ein karre mit ruhen hvten daz ſelbe alz ez geziuhet mit rehter raitvnge. Von iegelicher geloederten hute. einnn helblinch. die man en ſaumſwis niht enfvret. Von

eime ieglichen ſaume Truckens oder nazzes vf Roſſen vf waegenn oder vf karren einen helblinch. ez ſi kurdewan oder ander gut. fvret aber ein man bereitſchaft in ſime gute der git niht da von man ſag ez dem zólner oder niht. Swaz wahſes iſt daz man bi dem ſaume niht vf gedinget hat, von der wage einen phenninch. Von Vnſlide vnde von Smaerbe daz man bi dem ſaume niht vf gedinget hat von ieglicher wage einen helblinch. Swaz man Hoeniges en ſaums wis her in furet da git man von dem Saume einen helblinch. Ein wagen mit Hönige zẃen phenninge. Ein karre mit Hönige einen phenninch. Iſt aber niht wan ein Aimer da der git einen helblineh. Swaz ein man Linwaete treit der vber funfzik ellen iſt der git da von einen helblinch. Minnr git niht. Ein wagen mit Linwaete zwen phenninge. Ein karre mit Linwaete einen phenninch er trage lutzel oder vil. Treit ein geladen karre Linwat wolle Garn flahs hvenr Chaeſe oder Aier oder mit ſwiv er geladen iſt ane hvte, vnde ane Saltz. vnde ane win. der git einen phenninch. Iſt ez aber ein wagen der git zwen phenninge. Von zwainzik ellen grawes tuches die ein man treit uf ſime Rugge oder ſwaz er uf ſime Rugge treit der git davon einen helblinch. Minnr danne zwainzik ellen git niht. Treit ein wagen oder ein karre einvaltige Loden der git ie der Lode einen helblinch. Treit ein wagen Yſen vnde Loden der git zwen phenninge. Ein karre der Yſen vnde Loden treit einen phenninch. Ein wagen mit kupher vnde ſwaz mer da bi lit vier phenninge. Ein karre mit kupher vnde ſwaz da bi lit zwene. phenninge. Zin vnde Bli daz ſelbe. Ein wagen der zwai fuder winſ treit zwen phenninge. Treit er minnr einen phenninch. Lit aber ander gut bi dem wine ſo git der win einen phenninch vnde der Saum einen helblinch. Ein karre wins mit drin Roſſen oder mit zwain einen phenninch. Mit aime Roſſe einen helblinch. Von Môet vnde von biere daz ſelbe. Ein wagen mit Håeringe zẃen phenninge. Ein karre mit Håeringe einen phenninch. Iſt aber niwan ein maiſe da div git einen helblinch. Ein wagen mit korne einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein wagen mit hew einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein fuder korns in den garben einen phenninch. Der karre einen

helblinch. Ein wagen mit ſchauben einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein wagen mit Stro einen helblinch. Der karre einen helblinch. Ein bette der daz treit einen helblinch. Treit aber ein armez menſche vf ſime Rugge einen bolſter oder Chvſſin. daz git niht da von. Ein wagen der ein bette treit oder zwai da chorn oder hew oder Stro vffe lit der git niwan von dem wagen einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein fuder holzes daz vaile iſt eine ſtangen. Mine herren von dem Chore vnde die burger die holtz her in fvrent mit ir aigenn wâegenn die gébent niht da von. Ein fuder Raiffe einen helblinch. Swaz ein wagen holzes treit daz geviert iſt ir ſi einz oder mer da git man von einen phenninch. Swâer zimberholtz hin vz furet ez ſin flecken oder baume der git von dem wagen einen phenninch. Von dem backen karren mit gewande zwen phenninge. Daz Ros, daz Rint, der Ohſe, der Eſel der ieglichez einen helblinch. Ein gemeſtez ſwin einen helblinch. Zwai mitteriv ſwin einen helblinch. Vier klainiv einen helblinch. Tribet aber ein man niwan ein ainigez der git auch einen helblinch. Von zôehen alten ſchafen einen phenninch. Von zwainzik lembern einen phenninch. Ein wagen mit lembern einen phenninch. Ein karre einen helblinch. Ein ieglich bache einen helblinch nach genaden. Ein wagen mit Rindeſpuchen einen phenninch. Der karre einen helblinch. Iſt aber niwan ein Rindeſpuch da der git einen helblinch. Ein wagen mit Chelbern einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein fuder ſalzes einen helblinch. Dri ſchiben einen helblinch. Ein mvlſtein er ſi geworht oder vngeworht einen phenninch. Swie maniger leie dinch ein man treit vf ſime Rugge der git von dem allem niwan einen helblinch. Daz Rôef mit Glaſe oder mit kophen einen helblinch. Der karre einen helblinch. Der wagen mit ziegel oder mit mvrſteinen oder mit kalke den man verkauffen will einen phenninch. Wil aber miner herren vom Chore einer bowen, oder ein dienſtman oder ein burger, ſwaz der her in furet dahziegel. Sant, Staine, oder ſwaz zv ſinem bwe hôeret der ſol da von niht geben. Swelch fvrer vber die brugge fvret vailen ſant oder Staine, der ſol geben von zwainzik fudern einen phenninch. Swa aber ein man nimt Sant oder fvlle ſtaine, der ſine brugge niht vert, der iſt

im nihtes ſchuldik. Swaz mine herren von dem Chore oder die burger die ir Jarzol gebent vihes vf die waide lant, die gebent da von nihtes niht. Die aber ir Jarzol niht gebent, die gebent da von als da vor geſchriben ſtat. Ein fuder kol einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein fuder Laubes einen phenninch. Ein fuder Lattvn einen phenninch. Ein fuder ſtôecken einen phenninch. Ein karre der ziegeliches einen helblinch. Ein fuder obzes einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein Raêf mit karten oder mit hophen einen helblinch. Ein wagen mit niwen Chvmbuſtputigin vnde ſwaz da bi lit ane hvte vnde ane ſcvme einen phenninch. Iſt aber niwan ein Butigin da daz git einen helblinch. Ein karre mit niwen Chvmbuſtputigin einen helblinch. Ein fuder ſaile einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein wagen mit krute einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein wagen mit Loe einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein fuder wannen einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein niwiv Chiſte einen helblinch. Treit aber ein wagen mer Chiſten danne eine der git einen phenninch. Der karre einen helblinch. Von hvndert ſchaf vôellen ſi ſin geworht oder vngeworht die man enſavms wis niht enfuret zwen phenninge. Minnr danne ein hvndert einen phenninch. Von hundert kalp vôellen ſi ſin geworht oder vngeworht einen phenninch. Minnr einen helblinch. Ein wagen mit kôeſborn einen phenninch. Der karre einen helblinch. Von lampvoellen ſwaz vf einen ſavm geziuhet einen hêlblinch. Minnr einen helblinch. Ein wagen mit grabvn brettern einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ein wagen mit hâeſenen oder mit kacheln einen phenninch. Der karre einen helbelinch. Ein wagen mit Troegen oder mit Slegeln oder mit hacpretern einen phenninch. Der karre einen helbelinch. Swâer mit vberlâeſten an die brugge vert ane vrage nimt der ſchaden der ſchade iſt ſin. fraget aber er den bruggehaien vnde haizzet er in varn, miſſegat im danne den ſchaden ſol er im abe tvn. Zeime rehten laſte ſol div brugge alle wôege berait ſin. Swaz man her in ſtâehent von betten von Chiſten von gewande von vihe da enſol man chainen zol von gâeben weder vz noh in. Swaz ein man her in fvret daz er ze einem male verzollet vnde vnferwendet iſt, daz ſol er niht mehr verzollen ob er ez wider

vz furet. furet aber ein burger ſin gut uz der ſtat vf einen markt vnde verzollet daz zer brugge, daz ſol er niht mer verzollen ob er ez unferkauft her wider in füret. Swaz man Vihes hin vz lat uf die waide daz man hin vz zollet daz ſol man her wider in niht zollen. Von vir zitik pöcken einen phenninch. Minnr einen phenninch. Iſt aber ir niwan einer der git einen helblinch. Sechs gaizze einen phenninch. Dri einen helblinch. Minnr einen helblinch. Ein wagen mit kram gewande der vf einen Jarmarkt vert zwen phenninge. Der karre einen phenninch. Ein wagen mit Visſchen einen phenninch. Der karre einen helblinch. Ez enſol auch chain ſniter von chaime ſinem lone daz er duzze verdient hat chainen zol geben ez lige vf waegenn oder vf karren, oder er trag ez vf ſime Rugge. Swaz ein armez menſche treit vf ſime Rugge, ez ſi korn. Mâel oder klibe, daz git niht. da von. Ein ieglich burger von ſinem wâelſchen kaufſchatze der ein kaufman iſt der ſol geben von ſinem wâelſchen kaufſchatze vnde ſwaz er darvmbe her wider bringet ein halp phunt phoeffers ze Jarzolle. Gat aber er mit anderm *kaufſchatze* vmbe, ſwie manigerhande dinch daz iſt, der ſol zollen *als da* vor geſchriben ſtat. Iſt aber ein ander burger der gen *Venedic* niht vert vnde gen frankriche vert, der korn gulte hat *vnd* daz her in furet, vnde hew. oder ſwaz er her in furet der ſol *auch* geben ein halp phunt phôeffers ze Jarzolle. vnde der korherre zwo Genſe, vnde der flaiſheckel zwai bain, vnde ſuln da mit ledic ſin. Ez ſol auch der bruggehaie machen brugge vnde ſtôege vber die Wâertach vnde vber hottenbach vber vnd vber. Verfvret aber iemen dem bruggehaien ſinen zol, ſwaer vf daz gut chvmt, da iſt daz gut ſin nach genaden. Vnde ſol er im den zol geben den er im geben ſolte han. Vnde daz der zol als da vor geſchrieben ſtat hinnanfur alſo ſtâete belibe wan er mit des Capitels rate vnde auh mit der burger rate geſetzet iſt als von alter her reht iſt gewâeſen. Vnde auch chain irreſal wâerde hinnanfvr an dem ſelben zolle noch chain zwifel. Vnde auch weder Herman der Bruggehaie noch chain ſin nachchome hinnanfur chainen zol nâeme wan als da vor geſchriben ſtat, darvmbe habe wir Biſſchof Hartman mit vnſers Capitels rate diſen brief vber die brugge haizzen geſchrieben, verſigelt vnde gefeſtent mit vnſerm Inſigel

vnde mit vnſers Capitels Inſigel. vnde mit der Stet Inſigel ze Auſpurch div elliv dran hangent. Vnde ſetzen auh daz Swelh bruggehaie daz briehet, daz er niht ennimmt den zol als da vorgeſchriben ſtat daz vns der ſchuldik iſt ze buzze eins phundes Auſpurger phenninge. als dicke ſo er ez brichet. Do dirre brief geben wart, do was von Gotes gebvrte Tuſent Jar zwai hvndert Jar, in dem andern vnde Ahzigoſten Jare, In dem Manad Julio in der næhſten wochen nah ſant Jacobs tage.

CXLIV.

Anno 1282. 1. Aug. Augustae.

Wolfhardus de Rot, Sifridus de Algilshusen, Rudolfus de Berolstat, canonici ecclesiae Aug. litem inter capitulum Aug. et Hiltprandum Marscalcum de Bapenheim super diversis articulis exortam componunt.

In Nomine Dominj. Amen. Vniuerſis preſencium inſpectoribus, Wolfhardus de Rot, Sifridus de Algilshuſen. Rvodolfus de Berolſtat Canonici Eceleſie Auguſtenſis ac Winhardus de Rorbach. Salutem in domino. Nouerit vniuerſitas ueſtra quod cum inter Capitulum Eccleſie Auguſtenſis ex vna et Hiltprandum Marſcalcum de Bapenhain ex parte altera ſuper diuerſis negociis ſiue articulis queſtio verteretur et in nos vnanimiter et concorditer ab utraque parte tamquam in arbitros uel arbitratores compromiſſum fuiſſet nos arbitrando et diffiniendo decreuimus quod ipſum Capitulum in inſtituendo et deſtituendo villicum in Althain aput Zvſmam plenam et liberam habet poteſtatem et ſi quid ex inſtitucione eidem Capitulo ceſſerit medietas illius ipſi Marſcalco cedere debet. Item idem Marſcalcus iuxta formam noſtri arbitrij iuri ſiquod competebat in Aduocacia Aevkirch et Erlinge ex vendicione uel pingnore uel alio quocumque modo ad peticionem Capituli renunciauit tali tamen adiecta condicione quod eadem bona ſi in ipſius Capituli remanſerint poteſtate ipſi Marſcalco et non alij

ipſum Capitulum vendere tenetur ſi vendere ea caſu quocumque continget et ſi ipſe tantum dare voluerit quantum alter. Item ſi defenſorem in eiſdem bonis ipſum Capitulum habere voluerit predictus Marſcalcus ad hoc pre ceteris eſt eligendus et Capitulum omne dampnum per ipſum Marſcalcum ei irrogatum remittit ac remiſit. Item idem Marſcalcus molendinum in Biberbach in preiudicium Capituli conſtructum radicitus ammouebit nec aliquod conſtruet in futurum. Item ſuper queſtione mota de piſcaria in Eggelnhouen ſententie vicinie que dicitur Hvntſchaft ſtare debet. In quorum omnium euidens teſtimonium preſentes conſcribi uoluimus et Sigillorum ipſius Capituli noſtrorum ac eiuſdem Marſcalci munimine roborari. Datum Auguſte Anno Domini. M. CC. LXXXII. Kalendas Auguſti.

CXLV.

Anno 1282. 29. Septembris.

Otto praepositus monasterii St. Viti in Wihenberch quaedam bona in Hirzpach et in Vntergengen Marquardo dicto Wagenman confert.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Otto miſeracione diuina prepoſitus totusque conventus ſanctimonialium Monaſterij Sancti Vitj jn Wihenberch Auguſtenſis dyoceſis. Salutem in omnium ſaluatore. Ne temporalis ſucceſſus litis erroris aut obliuionis cauſam geſtis hominum amminiſtret expedit ea ſcriptis et teſtibus perhennare. Quapropter nouerit diſcretio ſingulorum quod de tocius noſtrj conuentus fauore beniuolo et aſſenſu quedam bona ſcilicet. Aream vnam quam quondam poſſedit dictus Eſchay ſitam in Hirzpach et pratum ſiue angarium ſitum in Vndergengen. Titulo proprietatis eccleſie noſtre pertinencia contulimus Marquardo dicto Wagenman et omnibus heredibus ſuis quoad uixerint pacifice poſſidenda. Interpoſita tamen tali condicione. quod jam dictus Marquardus vel ſui heredes libram cere minoris ponderis

ſingulis annis in die ſancti Martini vel die ſequenti nobis nomine cenſus exinde perſoluant quem cenſum ſi per incuriam ſiue neglienciam duobus annis continue ſuccedentibus obtinuerint. Dummodo anno tercio integraliter perſoluatur nullum ſibi vel ſuis heredibus ex hoc preiudicium generatur. Si uero per tres annos continuos dictus cenſus videlicet tres libre cere optente predictis terminis vt predictum eſt non fuerit perſolutus memorata bona cum vniuerſa ſtructura et cunctis attinenciis que ibidem tunc temporis fuerint ad noſtros et eccleſie noſtre vſus redibunt libere poteſtatem nichil sibi Juris predictus Marquardus et ſui heredes in dictis bonis nisi ſecundum graciam per nos vel noſtros ſucceſſores ſibi factam de cetero vendicantes. Ceterum ſi ſepedictum Marquardum vel ſuos heredes prenotata bona vendere contigerit talis vendicio debet nobis ab ipſis intimari et ſine fraude per menſem conſeruari vt ſi recolligere velimus eadem bona infra eundem menſem hoc in noſtra conſiſtat libera poteſtate tranſacto vero menſe ſi eadem bona redimere non poſſumus vel nolimus tunc ſepedictus Marquardus vel ſui heredes pretaxata bona aput quoſlibet vendendi ſiue alienandi liberam habeant facultatem. Vt avtem hec vniuerſa et ſingula robur firmitatis obtineant nos preſentes exinde confectas conſcribi voluimus et ſigilli noſtri conuentus munimine roborari. Huius rei teſtes sunt Volricus rector eccleſie In Hirzpach, Eberhardus plebanus in wertungen frater hainricus conuerſus perhtoldus ſororius dicti Marquardi volricus dictus Maedaerſchaer et hainricus frater ſuus et alii quam plures fide digni. Acta ſunt hec anno domini. M. CC. LXXX. Secundo in die ſancti Michaelis Archangeli.

CXLVI.

Anno 1282. 31. Octobris. Ulmae.

Cunradus de Risenspurch advocatiae monasterii de Alchingen pro quadringentis libris hall. a Romanorum rege Rudolfo receptis renuntiat.

Omnibus chriſti fidelibus preſencium ſeriem inſpecturis. Cvnradus de Riſenſpurch ſalutem et credere ſubnotatis Ne rebus geſtis litium obliuio adducat impoſterum materiam litigandi preſtat ipſas ſcripturarum et teſtium aminiculo deferri ad noticiam futurorum. Nouerint igitur tam poſteri quam preſentes quos noſcere fuerit oportunum quod ego receptis a ſereniſſimo domino. R. dei gracia romanorum rege inclito. Quadrigentis libris monete Hallenſis, de *quibus* etiam recognoſco michi fore plenarie ſatisfactum pro *me et* meis heredibus vniuerſis ſexus vtriuſque omni iuri quod *michi* et eiſdem in aduocacia monaſterii de Alchingin ordinis *sancti* Benedicti dyoceſis Auguſtenſis et Eccleſiarum Lutrun et Weſterſteten cum omnibus pertinenciis eorundem puta hominibus iuriſdictionibus necnon aliis quocumque nomine cenſeantur tam infra ſepta quam extra competit ſev competere videbatur renunciaui et renuncio per preſentes ſine qualibet exceptione libera et ſpontanea voluntate idipſum ius aduocaticium Monaſterii et Eccleſiarum premiſſarum in prenotatum dominum. R. regem et Imperium tranſſerendo. Vt autem hec in ſui robore maneant penitus inconvvlſa sigilla nobilium virorum. H. marchionis de Burgowe. Alberti de Hohemberg. Volrici de Helfenſtain Comitum necnon prudentum virorum .. miniſtri et ciuium de Vlma una cum meo ſigillo duxi huic litere appendenda. Nos quoque. H. marchio. Albertus. et Volricus Comites prelibati miniſter et ciues iampredicti ad petionem. Cvnradi de Riſenſpurch ſuperius nominati noſtra ſigilla appendimus huic carte in robur et teſtimonium predictorum. Datum et actum Vlme in domo Ottonis dicti vf

dem ſtege. Anno domini. M. CC. LXXX. ſecundo. Indictione. XI. In vigilia omnium ſanctorum preſentibus predicto Ottone. Volrico dicto Copperel miniſtro. Volrico Gewairlich. Gerewigo dicto Havener. Craftone. Volrico. H. H. et Deitrico fratribus dictis scriber et Ottone rufo ac aliis multis in domino felicibus Amen.

CXLVII.

Anno 1282. 31. Decembris. Augustae.

Albertus comes de Hohemberg judex provincialis, Wol. de Rothe canonicum August. in advocatia monasterii de Allchingen et ecclesiarum Lutrun et Westerſteten, de manibus nobilis viri C. de Risenspurch ab eodem exſoluta et ad romanum imperium revocata defendere promittit.

Albertus Comes de Hohemberg Judex provincialis Vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem cum noticia ſubſcriptorum Ad vniuerſitatis veſtre noticiam deuenire volumus per preſentes quod de noſtra proceſſit libera voluntate ac etiam inſtanti petitione quod honorabilis vir. Wol. de Rothe Canonicus Auguſtenſis Aduocatiam monaſterii de Allchingen et Eccleſiarum. Lutrun et Weſterſteten de manibus nobilis viri. C. de Riſenſpurch exſoluit et ad ſacrum romanum Imperium reuocauit Quapropter promittimus bona fide quod ipſum Wol. in Aduocacia monaſterii et Eccleſiarum predictarum pro noſtris viribus defendamus et quod omnia et ſingula que in literis regiis premiſſo. Wol. ſuper Aduocatia prenotata traditis continentur inviolabiliter obſeruemus. In cuius facti robur et teſtimonium indubitatum preſentem literam noſtri ſigilli munimine fecimus roborari Datum Auguſte Anno domini. M. CC. LXXX. ſecundo proxima feria. V. Ante Circumciſionem domini. Indictione XI.

(C. S.)

CXLVIII.

Anno 1283. 26. Febr. Augustae.

Ludewicus praepositus August. capitulo duas curias in Husen renuntiat.

In Nomine domini Amen. Omnibus preſencium inſpectoribus, Lvodewicus prepoſitus Auguſtenſis. Salutem in domino. Nouerit vniuerſitas veſtra quod cum ſuper Cvriis duabus ſitis in Hvſen iuxta Hohenwart Reuerendis Dominis. Decano et Capitulo Auguſtenſi controuerſiam moueremus ex eo quod prepoſiture noſtre Officio attinerent nunc noſtre ſalutis memores et informati per fidedignos quod eedem Cvrie prebendarum communium vſibus pertinent pleno iure eidem controuerſie ceſſimus et recognoſcimus ipſas curias dicto Capitulo cum omni iure et prebendarum vſibus pertinere et renunciamus iuri ſiquod competit uel poſſet competere in futurum. In Cuius ceſſionis recognicionis et renunciacionis *euidenciam* preſentes dedimus Capitulo noſtri ſigilli munimine *roboratas*. Datum Auguſte Anno Domini. Milleſimo. CC. LXXXIII. IIII. Kalend. Marcii.

(C. S.)

CXLIX.

Anno 1283. 22. Maii. Augustae.

Wolfhardus canonicus ecclesiae August. monasterio monialium St. Margaretae Aug. conſentientibus episcopo ſuo et capitulo, reditus XXV lib. in villa Epispurch tradit et ſingulis annis L libras dare promittit.

Electo domini et dilecto. venerabili Magiſtro Ordinis Fratrum Predicatorum. Wolfhardus Canonicus Eccleſie Auguſtenſis in prouincia Theuthonie ſe totum ſue beneplacita ſanctitatis. Certa

ſpei fiducia impetrandi quod petitur poſtulatur ab eo. qui hoc ut fiat deſiderare nullatenus dubitatur. Eapropter pater et domine ego diuina precipue monitus inſpiracione. vt fundem et edificem de copiis rerum michi a domino permiſſarum ad dei famulatum et laudem collegium deo deuotarum feminarum in Ciuitate Auguſtenſi degencium in loco ſancte Margarete habencium bone et laudabilis conuerſacionis teſtimonium ab omnibus qui noſcunt eas vtpote que ſemper ordinacioni fratrum ordinis veſtri deuocius intenderunt. quamquam nondum ad plena et conſummata. ordinis ipſius gubernacula ſint recepte vt ſorores ordinis propter rerum inſufficienciam qua hactenus laborarunt vt non poſſent ſecundum ordinis inſtituta ſimul ſub clauſura ſolita conmanere. Poſtulo toto cordis affectu. Quatinus diuini amoris intuitu qui ſibi wlt ab omnibus fideliter deſeruiri ad quod ſeruicium populos inclinare et attrahere ſcio ſemper ſtudium vobis eſt. et indeficiens conatus Collegium illud deuotarum dignemini veſtrum ad ordinem recipere perpetuo veſtri ordinis inſtitutis ſalubriter vt ſorores ordinis gubernandas. Ego autem de pauperticula rerum mearum dedi eis iam ad uſus perpetuos ſuſtentacionis ipſarum redditus certos. XXV. librarum Auguſtenſium in villa Epiſpurch et dare intendo. de facultatibus meis ad opus promocionis collegii ſupradicti ſingulis annis quoad uixero dummodo bona que nunc poſſideo mihi ſubtracta non fuerint aut etiam diminuta. Quinquaginta libras Auguſtenſes ſi vos ſupradictam peticionem meam miſericorditer duxeritis admittendam. et hec ratificata et confirmata ſunt Auctoritate Venerabilis Patris ac domini Epiſcopi et Honorabilium .. prepoſiti .. Decani et tocius Capituli Auguſtenſis pleniſſimo cum conſenſu. Ceterum ad plura et alia promocionis eorum commoda ſi dominus conceſſerit vitam intendere ſum paratus fideliſſimo ex affectu et dei gracia poſſum dummodo veſtra paternitas eis manum porrexerit adiutricem. In cuius rei teſtimonium preſentibus literis ſigillum proprium duxi appendendum. Datum Auguſte. Anno domini. M. CC. LXXX. III. XI. Kalendas Junii.

CL.

Anno 1284. 6. Novembris. Augustae.

Hartmannus ep. Gotfridum de Niffen, canonicum ecclesiae suae, ad preſentationem Ludewici ducis Bavariae de vacante ecclesia Eichenhusen investit.

Nos Hartmannus. dei gracia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus. Notum facimus preſencium inſpectoribus Vniuerſis quod recepta reſignatione dilecti in Chriſto fratris noſtri. Gotfridi. de Niſen. Eccleſie noſtre Canonici ad manus noſtras libere facta et ſpontanea voluntate ſuper omni eo iure ſi quod ſibi in Eccleſia Eichenhuſen noſtre dyoceſis ex prouiſione ſedis Magvntine aut ex preſentacione dilecti fidelis noſtri. Cvnradi de Eberſtal aut alias vndecumque conpetere aſſerebat eundem Goetfridum. ad preſentacionem Magnifici *principis* avvnculi predilecti domini. Lvdewici. Illuſtris Comitis *Palatini* Reni, Ducis Bawarie de ipſa eccleſia vacante curauimus *inveſtire* Mandantes eum in poſſeſſionem eiusdem eccleſie mittere corporalem. Insuper idem Niſarius renunciauit et ceſſit omni iuri ac accioni pro ſe et ſuis ſiqua eidem uel ſuis contra predictum Principem Volricum de Roerenmos vicedominum eiusdem et fautores ſuos occaſione cuiuscumque dampni illati ſibi uel ſuis aut ex quacumque cauſa alia conpetere uidebatur et nichilominus literis a prefata Sede Maguntina uel Sede apoſtolica pretextu dampnorum huiusmodi alias etiam inpetratis et proceſſibus factis in iudicio ex litteris ſupradictis aut aliqua alia delegata ſubdelegata uel ordinaria poteſtate promittens Niſarius antedictus quod omnis excommunicacionis ſuſpenſionis et interdicti ſentencias in prefatum vicedominum ſuos fautores alium uel alios quoſcumque ad inſtanciam ſui latas auctoritate iuriſdictionis cuiuscumque procurabit ſine difficultate qualibet relaxari. Ego vero Gotfridus de Niſen, Canonicus dicte Eccleſie Auguſtenſis vniuerſa et ſingula predicta profiteor et proteſtor et ad obſeruanciam omnium

eorumdem me obligo per preſentes. In cuius rei euidenciam preſentes noſtro et ipſius. G. de Niſen ſigillorum ſunt munimine roborate. Datum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXX. quarto. VIII. Idus Nouembris.

CLI.

Anno 1284. 17. Novembris.

Conventus ſororum in Wihenberch usus fructus curiae suae in Binezwang Eberhardo decano de Taphain, dicto de Hamerstetin, vendit.

In nomine Domini Amen. Uniuerſis preſentium inſpectoribus. Otto diuina permiſſione. Prepoſitus Irmingardis. Magiſtra totuſque Conuentus. Sororum in Wihenberch, ordinis Sancti Auguſtini. Salutem in omnium ſalutari. Ad habendam rerum geſtarum memoriam expedit eas literarum teſtimonio commendari. Huius rei gracia ad noticiam vniuerſorum et ſingulorum cupimus pervenire quod nos de communi conſenſu habito conſilio maturorum vendidimus et donauimus pro quindecim libris denariorum Auguſtenſium. quas ad uſus cenobii noſtri noſcimur convertiſſe uſufructus curie noſtre ſite in Binezwangen quam colit quidam dictus Stadelherre videlicet. Sex maltera Siliginis ſex maltera auene quatuor ſolidos denariorum viginti caſeos octo pullos et quartale olei honorando uiro eberhardo Decano in Taphain dicto de Hamerſtetin quos proventus integrales ſine qualibet diminutione ſub noſtro periculo et non ſuo ſi tamen pericula communia id eſt ſterilitas terre grando vel prelii temeritas nobis de hoc in bonis eiſdem non poſuerint inpedimen tenemur eidem eberhardo ad quemcumque locum uoluerit in ciuitate Werdenſi quamdiu ſupervixerit preſentare cum autem viam carnis ingreſſus fuerit vniuerſe nos de premiſſis redditibus curie antedicte tantum mediam libram denariorum Auguſtenſium. Agneti filie ſue noſtre conuentuali cauſa ſolacii vltra omne emolumentum prebende ſue debitum et conſuetum

pro tempore vite ſue ſingulis annis tenebimur miniſtrare ceteris redeuntibus libere ad eccleſie noſtre uſum. Vt autem ſuper hiis nulla materia litigationis valeat ſuboriri preſentes exhoc confectas. Sigillo Conuentus noſtri uoluimus roborare. Teſtes ſunt Sifridus viceplebanus de Iringeshain Chuonradus plebanus de Stain. Hermannus Sacerdos dictus de Stuel Bertoldus viceplebanus de Phafenhoven. Eberhardus viceplebanus de Wertungen. Volricus Kamerarius de Blineſpach. Hainricus plebanus in Riét. Ruodegerus Sacerdos de Munſter. Reinhardus Doctor Scolarium de Werda frater Chuonradus dictus prepoſitus de Ceſarea et Rauppoto de Irdiburch. Laicus et alii fide digni. Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. LXXX quarto. XV. Kalend. Decembris. Indictione vero XIII.

CLII.

Anno 1285. 2. Martii. Augustae.

*Hart*mannus ep. conventui apud St. Margaretam Augustae ecclesiam in Epispurch cum jure patronatus, a Wolfhardo de Rothe canonico Aug. eidem donato tradit.

Hartmannus. dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus vniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem in omnium ſaluatore. Quamquam ex commiſſo nobis officio cura paſtorali cunctis fidelibus adeſſe teneamur cordi tamen nobis eſt et dignum cenſemus eos qui ſpecialius Regulari vacant et ſtudioſius diſcipline fauorabilius caritatis preſidio confouere vt noſtro ſuffulti auxilio deo commodius famulentur. Cum autem geſta mortalium plerumque ſoleant obliuonis deuio denigrari. Nouerit tam preſentium quam futurorum ſollertia quod nos de communi Capituli noſtri conſenſu et fauore ad preces dilecti nobis domini. Wolfhardi. de Rothe. Eccleſie noſtre Canonici dilectis in Chriſto deuotis Sororibus. . Prioriſſe et Conuentui apud Sanctam Margaretam in Ciuitate noſtra

Auguſta earumque ſucceſſoribus Eccleſiam in Epiſpurch cum ſuis fructibus cuius Juſpatronatus ex donatione prefati domini. Wolf. ipſis Sororibus pertinere dinoſcitur pleno iure ad earundem Sororum vſus communes in ſpiritualibus videlicet et temporalibus cum primum vacare ceperit ſaluo Jure Dyoceſani et Archidyaconi loci donauimus perpetuo poſſidendam ita vt Prioriſſa et Conuentus qui tunc pro tempore erunt eidem Eccleſie Epiſpurch in Spiritualibus prout iuſtum fuerit faciant prouideri. Vt autem hec noſtra donatio plenum et perpetuum robur obtineat firmitatis preſentem paginam ſuper ea fideliter conſcriptam. Sigillis videlicet noſtro et Capituli noſtri prefatis Prioriſſe et Conuentui in teſtimonium euidens dedimus communitam. Actum et datum in Capitulo noſtro. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXX quinto. VI. Nonas. Martii. Huius rei Teſtes ſunt venerabiles ac dilecti nobis. Ludwicus. Prepoſitus. Rvodolfus. Decanus Volricus. Cuſtos. Marquardus. Scolaſticus. Rvodolfus. Plebanus Sifridus de Aelgishuſen. Wolf. de Rothe. Fridericus. de Zoler. Degenhardus. de Haelenſtain. Hainricus de Beringen. Hainricus. Struma. Eccleſie noſtre Canonici et alii plures.

CLIIII.

Anno 1285. 21. Aprilis. Augustae.

Hartmannus ep. ſtatuit ut propter penuriam conventus dominarum in Wihenberch numerum quindecim personarum non excedat.

Hartmannus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus Dilectis in Chriſto.. Prepoſito.. Magiſtre Totique Conuentui in Wehenberch. Salutem et ſinceram in domino caritatem. Cum veſtrvm Monaſterium ſicut veraciter conſtat in penſionibus et Redditibus vobis ſoluendis defectum non modicum paciatur et multi tamen pro receptione plurium perſonarum vobis peticiones inportunas ſepius porrigere non deſiſtant. Nos preſſuris veſtri Monaſterii

conſulere volentes ut perſone ibidem omnipotenti deo et ſanctis eius ſeruientes commodius valeant ſuſtentari. Mandamus vobis in virtute ſancte obediencie firmiter precipientes quatinus de cetero nullius peticionem admittatis bono enim et maturo conſilio habito volumus et ſtatuimus per preſentes vt quandocumque ſe locus obtulerit. Conuentus dominarum ibidem numerum. Quindecim perſonarum aliqualiter non excedat. Datum auguſte. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXX quinto. XI. Kal. Maii.

CLIV.

Anno 1285. 28. Novembris.

Hartmannus Ep. definit, decimas in Alantshofen ad hospitale August. pertinere.

In *Dei* nomine Amen. Anno domini Millesimo CCLXXX quinto. *feria IIII.* ante Andree Apostoli. Nos Hartmannus Dei gratia *ecclesie* Augustensis Episcopus. In causa quam Prepositus et *Conventus* de Staeingaden. H. Magistro hospitalis extra muros *Augustenses* et H. dicto Kastenaer de Swabegge. ſuper decimis in Alantshouen ſitis coram nobis movent testibus ex parte ipsorum Magistri hospitalis et ipsius dicti Kastenaer productis et eis providenter examinatis ac ſollempniter publicatis viso instrumento nostro ſigillo roborato vtraque parte presente et ſententiam postulante habito canonicorum nostrorum consilio dei nomine invocato diffinitive pronunciamus predictas decimas prefato Magistro et Hospitali pertinere parti adverse ſuper illis perpetuum ſilentium imponentes. Testes ſunt et qui interſuerunt dilecti nobis. Marquardus Scolasticus. Magister Burchardus Plebanus. Sifridus de Algishusen. Wolfhardus de Root. Fridericus de Zoler. Degenhardus de Helenstain. Egeno de Schalchlingen. Hainricus de Gyngen. Gerungus de Waezerburch. Marquardus de Bachen. Gothefridus de Niffen. Hainricus de Beringen. Hainricus Struma ecclesie nostre Canonici. Magister Bertoldus. Magister Wernherus.

Magister Chvnradus Canonici ſancti Mauricii. Magister Hainricus Officialis curie nostre. Georius de Swanegaew. Volricus Camerarius de Wellenburch. Siboto Curialis Cervus. Bonine. Hainricus Barba. Marquardus de Laugingen. Hartmannus Longum pallium. Otto Hurenlohensis. Cvnradus Burgravius. Chvnradus Notarius noster. Hainricus Herbortus cives nostri Augustenses et alii quam plures. Acta ſunt hec anno etc. prenotatis.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

CLV.

Anno 1286. 19. Januarii. Augustae.

Reinboto Eystet. ecclesiae ep. omnibus, qui ad hospitale pauperum in Dylingen manus porrexerint adjutrices, indulgentias impertitur.

Rainboto. dei gratia Eccleſie Eyſtetenſis Epiſcopus. Uniuerſis preſentium inſpectoribus. Salutem in iheſu Chriſto. Cupientes quoſlibet Chriſti fideles ad eterne felicitatis gaudia ſpirituali premio inuitare quo magis efficiantur diuina gratia Aptiores. Omnibus vere penitentibus et confeſſis qui ad Hoſpitale pauperum in Dylingen. Auguſtenſis dyoceſis manum porrexerint adiutricem uel quecumque impenderint ſubſidia karitatis. XXX. dies criminalium et LXXX. venialium. de iniuncta. ipſis penitentia miſericorditer in domino ſi conſenſus Dyoceſani acceſſerit relaxamus. Preſentibus perpetuo valituris. Datum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. CC. LXXX. ſexto XIIII. Kalen. Februarii.

(C. S.)

CLVI.

Anno 1286. 23. Januarii. apud Augustam.

Hainricus Ratisponensis episcopus omnibus qui ad hospitale pauperum in Dylingen manus porrexerint adjutrices, indulgentias impertitur.

Datum apud Auguſtam Anno domini Milleſimo. CC. LXXX. ſexto. X. Kalendas Februarii.

CLVII.

Anno 1286. 20. Aprilis. Augustae.

Albertus de Niffen comes de Marſtetten duas curias in Matzzenhoven Wolfhardo praeposito ecclesiae Aug. vendit.

In nomine domini Amen. Notum ſit vniuerſis preſencium inſpectoribus quod Nos Albertus de Niffen Comes de Marſteten de voluntate et aſſenſu fratris noſtri Gotfridi Canonici Avguſtenſis.. vxoris noſtre ac aliorum heredum noſtrorum vendidimus et dedimus duas Cvrias noſtras ſitas in Matzzenhoven quarum vnam emimus a Conventu. Monaſterii in Mvnchrot et aliam a Nagellino domino Wolfhardo prepoſito Eccleſie Avgûſtenſis pro certa pecunie ſumma. recepta proinde et nobis numerata. titulo proprietatis cum hominibus iuribus iurisdictionibus pratis paſcuis ſiluis aquis ac omnibus aliis ſuis pertinenciis queſitis et inquirendis perpetuo vtendas et libere poſſidendas. Confitentes nos et heredes noſtros de euiccione huius modi venditionis facte ſibi et heredibus ſuis eſſe perpetim obligatos. In cuius rei teſtimonium preſentes. venerabilis patris domini. H. Epiſcopi. Gotfridi fratris noſtri. et Judicum Cvrie Avguſtenſis ac noſtro Sigillis dedimus communitas

Datum et Actum Avguſte Anno domini. Milleſimo. CC. Octowageſimo ſexto. XII kalendas Maii.

CLVIII.

Anno 1286. 20. Aprilis. Augustae.

Heinricus nobilis de Munſter, Eglolfus dictus Srage de Knoringen etc. fideiuſſores ſe eſse confitentur ex parte Alberti de Niffen, comitis de Marſtetten eiusdemque fratris Gotfridi canonici Aug. de evictione villae in Rieden, a Wolfhardo praepoſito ecclesie Aug. apud praedictum comitem comparatae.

Nos Hainricus Nobilis de Mvnſter Eglolfus dictus Srage de knoringen. Cvnradus dictus Eberſhuſen et Vlricus dictus Wagellin. confitemur publice per preſentes. nos eſſe ſideiuſſores conſtitutos ex parte Nobilis viri domini. Alberti de Niffen Comitis de Marſteten. et domini Gotfridi fratris ſui Canonici Auguſtenſis ac aliorum eorundem heredum de euictione quantum ad tres annos ſuper empcione ville in Riedeṅ. quam dominus wolfardus prepoſitus Eccleſie Auguſtenſis. a predicto Comite comparauit ſicut in inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur promittentes quod ſi forte predictus prepoſitus monuerit nos uel aliquem ex nobis ſuper aliquo periculo uel dampno ſibi forte inminente. de recipiendo in obſtagio. ibidem recipere nos debemus. ab inde non receſſuri donec prefatum periculum uel dampnum ſublatum fuerit et ſopitum. In cuius rei teſtimonium preſentes inde confectas Sigillis prefati domini Alberti Comitis domini Gotfridi fratris ſui prefati et domini Hainrici de Mvnſter nobilis ſupraſcripti in que nos ceteri fideiuſſores conſenſimus. voluimus roborori. Datum et Actum Auguſte Anno domini M. CC. Octogeſimo ſexto. XII. Kalendas Maii.

CLIX.

Anno 1286. 28. Junii. Augustae.

Hartmannus ep. Aug. omnes homines et poſseſsiones donatione Castri in Dillingen facta, ſibi reſervatas capitulo ſuo donat.

Hartmannus. dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Episcopus. Vniuerſis Christi fidelibus salutem in omnium ſaluatore. Cum nos donationę Caſtri et bonorum in Dylingen ac aliorum bonorum Eccleſie noſtre per nos liberaliter facta ſicut ſuper hoc confecta publica continent inſtrumenta homines poſſeſſiones predia et alia jura a Blinthain uſque in villam Ruedlingen que ſiue citra Danubium ſiue trans Danubium proprietatis titulo nos reſpiciunt nobis duxerimus reſeruanda. Nouerit diſcretio ſingulorum quod nos noſtre et progenitorum noſtrorum ſaluti feliciter intendere volentes omnia predicta bona ſingula et vniuerſa cum hominibus ad nos *pertinentibus* cum prediis etiam et omnibus noſtris juribus in *Swenningen* Capitulo noſtro adtribuimus et donamus. Miniſteriales quoque noſtros de Haemerſteten de Scheppach de Weſternach de Snaeitberch de Wizenſtain nec non homines in vlma quos nobis reſeruaueramus. Eccleſie noſtre vniuerſaliter tradidimus pleno jure. In cuius noſtre donationis euidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes conſcribi voluimus et noſtri Sigilli munimine roborari. Datum Auguſte. Anno domini M. CC. LXXX ſexto IIII. Kalendas Julſi.

CLX.

Anno 1286. 30. Novembris. Augustae.

Sifridus electus ecclesiae Aug. civibus August. receptionem indebiti dicti Vngelt concedit.

Sifridus. dei gratia Ecclesie Augusten. Electus et Confirmatus. Vniversis presentium inspectoribus ſalutem in Jesu Christo. Cum

dilecti et fideles cives noſtri Auguſten. intendant multa diligentia et laborent qualiter ipſa civitas noſtra ab hoſtium inquietatione firmius muniatur. Nos eisdem noſtris civibus in hiis agendis adeſſe volentes consilio auxilio et favore. Notum facimus Vniverſis quod nos bona ſuper hoc deliberatione habita et matura vt predicti cives apud ſingulas portas et ſi quod etiam indebitum quod vulgo Vndgelte dicitur de ſingulis emptoribus et vendicionibus duxerint ſtatuendum recipiant ab hinc vſque ad inſtans feſtum ſancti Georii et ab inde per duos annos immediate ſequentes et quod ad vsus huiusmodi vt dictum est convertat duximus permittendum. Ad hoc prefati cives nobis annis ſingulis promiſerunt et tenentur de huiusmodi receptis per ipsius indebiti receptores facere debitam rationem. In quorum evidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum Auguſte anno domini M. CC. LXXX ſexto. II. Kal. Decembris.

CLXI.

Anno 1287. 1. Julii. Augustae.

Sifridus ep. ecclesiae St. Stephani Augustae aream quandam ibidem donat.

Sifridus dei gracia Eccleſie Auguſten. Episcopus. Vniuerſis preſencium inſpectoribus ſalutem in Jeſu Chriſto. Ne falſitatis devio proceſſu temporis veritas denigretur expedit ea que geruntur ſcripturarum et teſtium memorie commendari. Ea propter nouerit diſcretio ſingulorum. quod Nos donacionem quam Reuerendis in Chriſto Abbatiſſe totique Conuentui Eccleſie Sancti Stephani extra muros Auguſten. de area noſtra in monte ſita apud balnearem domum dictam ze dem Rat *a)* cum ſuis pertinentiis fecimus *b)* ratam et gratam volumus permanere. Dantes in huius rei evidens teſtimonium preſentes ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes ſunt. Wol. prepoſitus. Mar. Scolaſticus. Hainr. de Friberch Archidiaconus. Magiſter Bt. plebanus. Wernhardus.

de Seuelt. Hainr. Crophe. Kropho junior Canonici Ecclesie nostre. Magister Ber. Hiltprandus Canonici Sancti Mauricii Auguste. Hainr. pincerna. Hainr. pistor. Officiales dicte Ecclesie Sancti Stephani et alii quam plures. Datum Auguste Anno domini Millesimo CC. LXXX septimo. Kal. Julii.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

a) Augustae.

b) Hanc donationem Kal. Martii 1279. fecit.

CLXII.

Anno 1287. 24. Octobris. Augustae.

Capitulum ecclesiae Aug. reditus ex curia in Stadeln ab Ulrico milite de Schonegge super aram b. V. Mariae donatos, Ottoni Hurnlohario civi August., jure cenſuali confert.

In nomine domini amen. Wolfhardus. prepoſitus. Rudolfus. Decanus Totumque Capitulum Eccleſie. auguſtenſis vniuerſis ad quos preſentes peruenerint noticiam ſubſcriptorum. Quoniam ex uariabili ſtatu hominum facta plurima obliuionis vicio denigrantur expedit ut ea que geruntur ab hominibus. ſcripture teſtimoniis adiuuentur. Ea propter nouerit diſcretio ſingulorum quod cum vir honoratus. dominus volricus. Miles de Schonegge. Ex curia in Stadeln. quam Fridericus. prepoſitus inhabitabat Redditus duorum Modiorum ſiguli et decem ſolidos denariorum auguſtenſium proprietatis titulo poſſideret que bona. Laurentius et Ludewicus. fratres dicti Egelinger in feudo tenebant et eandem proprietatem ſuper aram beate Marie virginis chori noſtri liberaliter traderet et donaret nos ipſos redditus ſiue etiam eadem bona domino Ottoni Hurnlohario Ciui auguſtenſi et heredibus ſuis jure et titulo cenſuali quod vulgariter zinlehen dicitur contulimus poſſidenda. Ita tamen quod ipſe Otto hurnloharius vel ad quemcunque eadem

bona ex ſucceſſione hereditaria ſiue alienatione alia quocumque modo deuoluta fuerint cenſum ſicut in aliis priuilegiis plenius continetur. In uigilia annunciacionis beate Marie virginis mediam libram cere ponderis Minoris ſuper aram predictam nomine cenſus qui cenſus de eiſdem tribus bonis debetur tribuant et aſſignent. In cuius teſtimonium prelibato. Ottoni hurenlohario et heredibus ſuis hanc literam tradidimus appenſione ſigillorum capituli noſtri ſcilicet et domini volrici de Schonegge Militis firmiter communitam. Teſtes vero ſunt. Wolfhardus prepoſitus. volricus. cuſtos. Marquardus Scolaſticus. Hartman de hirſdorf. hainricus Struma. Wernhardus de Sevelt. Degenhardus. de haleſtain. Chunradus Burgrauius et alii quam plures. Datum Auguſte anno domini Milleſimo. CC. LXXX. ſeptimo. VIIII. Kalendas Nouembris.

CLXIII.

Anno 1288. 21. Aprilis.

Hermannus de Billenhusen bona ſua ſita in Rieden Wolfardo praeposito ecclesiae Aug. vendit.

In nomine domini Amen. Notum ſit vniuerſis preſencium inſpectoribus quod ego Hermannus de Billenhusen vendidi et dedi poſſeſſiones ſeu bona mea ſita in Rieden cum ſuis attinenciis. que iure proprietatis titulo mihi pertinebant. Honorabili viro domino Wolfardo prepoſito Eccleſie Auguſtenſis pro viginti et vna libris hallenſium per manum et conſenſum venerabilis domini.. Epiſcopi Auguſtenſis.. vxoris mee et aliorum heredum meorum voluntate et permiſſione libera plenius accedente. Que vxor mea cui eadem bona eciam pertinebant racione donacionis propter nupcias que vulgariter Morgengabe dicitur promiſit corporali preſtito iuramento pro ſe et heredibus ſuis dicta bona de cetero ſe non repetituram renuncians omni iuri. quod ei in eiſdem bonis quoquomodo conpetebat uel conpetere videbatur. Et ego Hermannus predictus promiſi nichilominus. et promitto quod

quicquid prefatus dominus prepoſitus excogitauerit et deliberauerit ad ſufficientem caucionem faciendam et obſeruanciam predicte vendicionis me adimpleturum et fideliter obſeruaturum. In cuius rei teſtimonium preſentes dedi. honorabilium.. prepoſiti de Wettenhuſen.. et decani de Althain. dicti Bokeſloher et.. Decani de Attenburum. Sigillis fideliter communitas. Teſtes ſunt et interfuerunt. dominus. Vlricus de Synthain Monachus Monaſterii in Elchingen. Nobilis vir dominus H.. de Mvnſter. Hiltprant ſenior de wazzerburch. Haſwardus de Elchingen. et alii quam plures. Datum et Actum anno domini. M. CC. LXXXVIII. pridie Idus Aprilis.

CLXIV.

Anno 1288. 14. Junii.

Berhtolt der Bentzinger verkauft mit Einwilligung des Chores U. Fr. zu Augsburg zwei Pfund Geldes aus ſeinem Hauſe um 20 Pfd. Augsb. Pfenninge auf Wiederkauf.

In nomine domini Amen. Ich Berhtolt der Bentzzinger tun chvnt allen den die diſen brief leſent hoerent oder ſehent, Daz ich ovz minem Havſe da ich inne bin, daz min lipgedinge iſt vom Chore ze vnſerre Frowen ze vier liben, daz iſt ze minem libe, ze frowen Maehthilde lip miner hovſfrowen, ze Chvntzlines lip mines Svnes vnd ze Diemut lip miner tohter, des ich gut hantfeſte han vom Chore. Mit der vorgenanten libe rate, vnd mit ir gutem willen, ovz dem rehte daz wir dran haben, verkaufft han hern Albrehten dem Linpachere vnd ſinen erben, Zwai phvnt geltes vmbe Zwainzeik phvnt Auſpurger phenninge. Vnd ſol die hantfeſte vom Chore die ich ueber das lipgedinge han in eines gemainen mannes gewalt legen, da ſi mir vnd den vorgenanten liben. vnd dem linpachere oder ſinen erben gemaine ſei, ſwan wirre duerffen Ich ſol ovch oder ſwer daz lipgedinge vnder den vorgenanten liben hat in nvtz vnd in gewer der vorgenanten

Zwaier phunde. Ein phunt geben ſi in ſand Michels tak vierzehen tage vor oder vierzehen tage nach. Vnd an ſande Georien tage daz ander phvnt vierzehen tage vor oder vierzehen tage nach vnd verſiezzen wir der Zile eine, ſwederz daz waere ſo iſt in daz hovs von vns Zinſvellik worden mit rehte. Vnd ſol in der man der die hantfeſte inne hat vom Chore die ſelben hantfeſte anturten ane widerrede. liezzen ovch wir daz Hovs gen dem Chore Cinsvellik werden. von ſwelhen ſachen daz geſchehe ſo ſuelen wir die vorgenanten libe hern Albrehten oder ſinen erben iren ſchaden abtun. In dem kauffe hat her Albreht vnd ſine erben, mir vnd den vorgenanten liben. vnd andren minen erben die genade getan, wellen wir diev zwai phunt geltes wider kauffen zwiſchen hinnan vnde ſande Michels meſſe diev nv ſchirſt chvmt vnd darnach ueber Sechs iar. So ſuelen ſis vns wider ze kauffen geben vmbe die ſelben phenninge ane widerrede. Wolten ovch wir ein phvnt geltes wider kauffen. daz ſuelen ſi vns wider ze kauffen geben, vmbe zehen phvnt. Wellen ovch wir ein halb phvnt geltes wider kauffen daz ſuelen ſi vns geben vmbe fuenf phvnt phenninge vnd ſuelen ſis chain widerrede haben. kauffen ovch wir niht wider als da vor beſchaiden iſt in den vorgenanten zilen, ſwaz wir niht wider kauffen, daz ſol hern Albrehtes vnd ſiner erben ſin, die weil der vorgenanten vrowen libe einen leit vnd ſol man in auer die hantfeſte anturten dive vom Chore ueber daz lipgedinge gehoeret. Daz iſt daz ſtaet beliben vnd vnzerbrochen dar vmbe han ich in geben diſen brief verſigelt vnd geveſtent mit der ſtet Inſigel ze Auſpurch daz dran hanget. Des ſint gezivge, her Marquart von lovginge Heintz der linpacher Chvntz ſiner tohterman Chvntz ſiner tohterman Chvntz der Wagner Vlrich Porſchoen Chvnrat der Gebower Marquart der Choraeler Sifrit hern Albrehtes des linpachers geſweie Sifrid der Smid Heintz der Burgower. Vlrich der Ivngewirt vnd ander genvge. Do daz geſchah do waren von Chriſtes geburt Towſent iar zwai Hundert iar in dem Ahtem vnd Ahtzigoſtem iare an ſande Vites abende.

CLXVI.

Anno 1288. 18. Junii. Monaci.

Ludovicus dux Bavariae capitulo Aug. reversionem molendini in Maenchingen, ab eodem locati Berhtoldo Chiemberger judici suo in Lantsperch apto tempore efficere promittit.

Nos Lodwicus dei gracia Comes palatinus Reni dux bawarie notum facimus preſentium inſpectoribus uniuerſis quod cum viri honorabiles dominus venerabilis prepoſitus.. decanus. totumque Capitulum Eccleſie auguſtenſis. berchtoldo dicto Chiemberger judici noſtro in Lantſperch et Diemodi vxore ſue Molendinum ſuum in Maenchingen locauerint iure locacionis per eos ambos uel ipſorum alterum. altero non ſuperſtite habendum tenendum pro tempore uite ſue pro penſione annua ex antiquo exinde debita et conſueta eiſdem infra feſtum beati Michahelis et beati Martini de predicto Molendino annis ſingulis perſoluenda et ſi penſionem illam non ſoluerent infra terminum ſupradictum. ad eos libere cum melioratione ſua quod et reedificare et reparare tenebitur Molendinum redeat memoratum. Eiſdem... prepoſito.. decano. et capitulo promiſimus et promittimus. quod poſt obitum eorundem. uel in vita ſi forte in ſolucione canonis ut premiſſum eſt fuerint negligentes. ipſis per nos uel heredes noſtros in reuerſione prefati Molendini ad eos nullum impedimentum vel obſtaculum afferetur. Saluo nobis et ipſis heredibus noſtris tam in vita quam poſt mortem prelibatorum judicis et vxoris ſue iure aduocacie quod nobis in Molendino competit prenotato. In cuius rei teſtimonium preſentes damus noſtri ſigilli robore communitas. Datum Monaci anno domini. M. CC. Octogeſimo octauo. XIIII. Kalendas Julii.

CLXVI.

Anno 1288. 26. Junii. Augustae.

Capitulum ecclesiae Aug. molendinum in Maenchingen Berhtoldo dicto Chiemberger judici in Lantsperch eiusdemque uxori locat.

Nos Wolfhardus prepoſitus. K. Decanus. Totumque Capitulum eccleſie auguſtensis Tenore preſencium profitemur et notum facimus vniverſis quod nos Berdoldo dicto Chiemberger judici in Lantſperch et Diemvdi vxori ſve Molendinum noſtrum ſitum in Maenchingen. Locauimus iure locacionis per eos ambos uel ipſorum alterum altero non ſuperſtite habendum tenendum pro tempore vite eorum pro penſione annua ex antiquo exinde debita et conſueta nobis infra feſtum beati Michahelis et beati Martini. de predicto molendino annis ſingulis perſoluenda et ſi penſionem illam nobis non ſoluerint infra terminos prenotatos ad nos libere cum melioracione ſua quod et reedificare et reparare tenentur. Molendinum redeat memoratum. ſine ipſorum quolibet impedimento. In Cuius locacionis teſtimonium preſentes eiſdem dedimus. ſigillorum domini wolfhardi prepoſiti noſtri atque Capituli noſtri munimine roboratas. Actum et datam Auguſte. anno domini. M. CC. LXXX. Octauo. In die beatorum martirum Johannis et pauli.

CLXVII.

Anno 1288. 26. Junii.

Sifridus ep. capitulo suo domum quandam Augustae donat.

In nomine Domini Amen. Anno domini Millesimo CCLXXX octavo. VI. Kal. Julii. Ad eternam rei memoriam. Nos Sifridus

Dei gratia August. Ecclesie Episcopus pie consideracionis oculo intuentes. nos a matre genitrice Dei Maria. Matrona ecclesie nostre ab annis puerilibus educatos et possessiones nostras quas titulo proprietatis emimus et alias habuimus de bonis ecclesiarum ſuarum ad nos totaliter pervenisse et quia ſcriptum est. quis enim heres proximior quam qui eum Domino ſociavit in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum in perpetuam elemosinam domum nostram quam emimus a Johanne Burgravio capitulo nostro legamus donamus tradimus et assignamus.

Ex autographo. (Coll. Pl. Br.)

CLXVIII.

Anno 1288. 11. Octobris. In Dachawe.

Ludwicus Bawariae dux Wolfhardo episcopo medietatem prolis ministerialis ſui Hermani de Wale donat.

Nos Lodwicus dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie notum facimus preſencium inſpectoribus uniuerſis quod Reuerendo in Chriſto patri et domino noſtro. Wolfhardo. venerabili Electo et Confirmato Eccleſie Auguſtenſis nomine ipſius Eccleſie Auguſtenſis in dilecto fideli noſtro Hermanno de wale medietatem damus donamus et tradimus ac ei ratione Miniſterialiatus in Hermanno competere recognoſcimus antedicto pro nobis et heredibus noſtris ipſum Hermannum pro medietate altera reſeruantes. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum in Dachawe. Anno domini. M. CC. Octogeſimo octauo. V. Idus Octobris.

CLXIX.

Anno 1288.

Wolfardus praepoſitus eccleſiae maioris Auguſt. monaſterio Caesarienſi donationem mancipiorum quorundam confirmat.

In nomine Domini. Amen. Nos Wolfhardus prepoſitus maioris eccleſie Auguſt. tenore preſentium recognoſcimus et publice proteſtamur quod domina Giſela relicta quondam dicti Gemundarii civis Auguſt. viris religioſis domino Abbati et Conventui de Ceſarea Ciſterc. Ordinis Auguſt. dyoceſis de conſenſu pleno Cunradi ſui filii duo mancipia que eidem iure proprietario competebant videlicet Bertham vxorem dicti Piblingarii de Tapfheim et Agatham eiusdem ſororem cum vniverſis eorum liberis vtriusque ſexus iam procreatis vel in poſterum deſcendentibus ab eisdem corporali donatione dedit et tradidit proprietatis titulo poſſidendos transferens in eosdem fratres et ſuum monaſterium ſimpliciter et preciſe omne ius proprietatis ſive dominii cuiuscunque quod ſibi vel ſuis heredibus in predictis mancipiis et his qui ab ipſis deſcenderint vel etiam deſcenderunt competere poterat quoquo modo. Et in huius donationis evidens teſtimonium preſentem litteram ſigilli noſtri munimine petiit roborari. Teſtes huius rei ſunt Fridericus de Schonecke Canonicus eccleſie noſtre et Heinricus dictus Gunzer. Datum anno Domini M. CC. LXXXVIII.

Ex Chartulario Caeſar. (Coll. Pl. Br.)

CLXX.

Anno 1289. 25. Martii.

Monaſterium in Seuelingen bona ſua in Huſen et in Reiden Wolfhardo episcopo vendit.

In nomine domini Amen. Vniuerſis preſentium inſpectoribus Mya Abbatiſſa. Totusque conuentus ſancte Clare in Seuelingen

deuotas orationes in domino cum ſalute. Ad precauendam in factis hominum obliuionis dolique materiam expedit vt que geruntur fideliter literis et teſtibus commendentur memorie veritatis. Eapropter nouerit diſcretio ſingulorum quod nos vnanimi conſenſu matura deliberatione prehabita et forma ſeu ſollempnitate juris debita obſeruata omnia bona noſtra ſingula et vniuerſa in Huſen et in Reiden ſita noſtro Monaſterio pertinentia in quibus etiam nullum jus aduocatie debet exigi aut requirj queſita et inquirenda cum omnibus ſuis pertinenciis venerabili patri domino Wolfhardo. Auguſtenſis eccleſie. Electo et confirmato pro ducentis. libris minus ſex libris hallenſium omni jure quo nobis competebant proprietatis tytulo vendidimus contulimus ac etiam contradidimus tenenda et ad vſum perpetuum pacifice poſſidenda. Quam etiam pecuniam in vtilitatem Monaſterii noſtri conuerſam tenore preſentium dicimus et publice proteſtamur. Ad hec precauendum prefato domino noſtro. Electo de emptione bonorum omnium predictorum tam in toto quam in parte iuxta Jus et conſuetudinum terre videlicet ad annum et diem nos et noſtrum Monaſterium obligamus vt autem huiusmodi noſtra venditio robur obtineat firmitatis et nullus dubietatis ſcrupulus valeat ſuboriri preſentes inde confectas. Religioſorum virorum. Prouincialis. Gardiani de Vlma noſtri ac conuentus noſtrj munimine ſigillorum procurauimus et voluimus roborari. Teſtes ſunt virj honorati dominus. Otto. in Semita, Craftho, Hainricus. frater eius Hermannus frater eorumdem Dietricus frater ipſorum wernherus. Sumerunge et Volricus dictus Gewarlich. Ciues in Vlma et alii quamplures. Datum et actum. Anno domini. M. CC. LXXXVIIII. VIII. Kal. Aprilis.

(C. 2. S.)

CLXXI.

Anno 1289. 21. Aprilis. Augustae.

Wolfhardus ep. donationem omnium bonorum ſuorum in villa Epiſpurch, a ſe anno 1287. 30 Novemb. tunc praepoſito, factam, ſororibus St. Margaretae Aug. renovat et confirmat.

In nomine domini Amen. Nos Wolfhardus. dei gratia Eccleſie Auguſtenſis electus et confirmatus vniuerſis tam preſentibus quam futuris. Salutem et ſinceram in domino caritatem. Quia diuinum eſt omnium habere memoriam non humanum expedit vt geſta hominum in ſcripta pro maiori certitudine redigantur. Eapropter nouerit veſtrorum ſollertia ſingulorum quod nos tunc Prepoſitus modo autem diuina clementia annuente electus et confirmatus Eccleſie prenotate cupientes proſpicere ſalutj et remedio anime noſtre ac animarum parentum noſtrorum poſſeſſiones noſtras vniuerſas et ſingulas ſitas in villa Epiſpurch videlicet Curiam villicalem quam nunc temporis colit.. dictus bregelaer. Curiam quam colit. Cvonradus dictus de Attenhouen. Curiam quam colit Hainricus dictus Haerolt. Curiam quam colit. Otto. dictus Iſellin. Curiam dictam Regelbachaer quam colit. Cvonradus. Sutor. Curiam villicalem quam colit... dictus villicus de Niunwilaer et Curiam quam colit. Cvonradus. dictus Linſin. Item ibidem tres poſſeſſiones non ſpectantes ad aliquam Curiam de premiſſis. Selde ſecundum terre noſtre conſuetudinem nuncupatas quarum vnam colit. Hainricus. dictus Henthiltaer. Secundam. volricus. dictus Ichenhouaer. Tertiam. Hainricus. dictus talaer cum Juriſditione temporali ſiue iudiciaria in temporalibus auctoritate in ipſa tota villa Epiſpurch et cum Silua dicta Schoenenberch et Silua in Gvetlicheſhain et Curia dicta Olbenwilaer cum Silua ibidem et poſſeſſiones ſitas in Allanch cum Curia dicta Chorſpach cum omnibus iuribus iurisditionibus exemptionibus libertatibus ſeruitiis ſeruitutibus

enxeniis agris pratis paſcuis aquis aquarum decurſibus viis et inuiis queſitis et inquirendis cultis et incultis ac aliis omnibus attinentiis que nobis competebant in premiſſis bonis proprietatis titulo aut conſuetudine uel iure ſeu alio quoquam modo competere uidebantur de conſilio et conſenſu Capituli noſtri videlicet Eccleſie Auguſtenſis dedimus ſimpliciter et pure propter deum donauimus aſſignauimus et preſentauimus Religioſis in Chriſto.. Prioriſſe et Conuentuj Sororum sancte Margarete in Auguſta ſub Regula beati Auguſtini et ſecundum conſtitutiones Sororum ordinis Fratrum Predicatorum degentibus ſollempnitate iuris adhibita que in donationibus et preſentationibus huiuſmodi requiritur et requiri debet perpetim in vſum ſuarum neceſſitatum libere proprietatis titulo poſſidendas Renuntiantes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris omnj actioni vtili vel directe reali et perſonali exceptionj omnique iuris auxilio ſeu legum beneficio per que huiuſmodi donatio ſiue aſſignatio reuocari valeat aut aliquatinus infirmari. Teſtes ſunt. Rvodolfus. Decanus Marquardus. Scolaſticus, Volricus. Cuſtos, Degenhardus de Haelenſtain, Hainricus. de Staffen *oblaiarius*. Hainricus de Beringen. Hainricus de Friberch. Archi*diac.* Bertoldus de Balderen. Hartmannus de Hirtzdorph. Herman*nus* de porta, Canonici Eccleſie Auguſtenſis, Frater. Sifridus de Hohſteten Prior fratrum Ordinis predicatorum in Auguſta. Frater Hainricus dictus de Bononia frater Albertus Lector frater. Marquardus. de vſhuſen fratres iamdicti Ordinis. Hainricus dictus Schroetlo Officialis Curie Auguſtenſis. Siboto Curialis cerws. Hartmannus Longumpallium. Hainricus. Frater eius. Hainricus. Schongawacrius. Cvonradus. vllentalarius. Cvonradus filius eius. Ciues memorate Ciuitatis et alii plures clerici et laici fidedignj. Acta ſunt hec in Eccleſia Sancte Margarete in Auguſta. Anno domini Milleſimo. CC. Octogeſimo ſeptimo. pridie Kalend. Decembris. Nos igitur nunctemporis ex quo ſumus electus et confirmatus premiſſe Eccleſie voluntate plaſmatoris omnium diſponente non que de predictis fecimus reuocantes ſed ipſa omnia atque ſingula renouando potius confirmantes a nobis facta eſſe ſicut eſt prehabitum profitemur volentes quemadmodum eſt premiſſum eadem integra velut ea que pro noſtra ſalute ordinauimus et inconcuſſa

inuiolabiliter permanere. Ad hec omnia ac ſingula iterato conſenſu et voluntate vnanimj noſtri Capituli accedente. Proteſtamur etiam uiua voce quando fuimus in gradu inferiorj ſcilicet Canonicus Eccleſie Auguſtenſis Juſpatronatus Eccleſie ſupradicte ville Epiſpurch prefatis .. Priorisſe ac Conuentuj ſororum earumque ſucceſſoribus Sancte Margarete de conſenſu felicis recordationis venerabilis domini. Hartmanni. Epiſcopi quondam anteceſſoris noſtri necnon noſtri Capituli nos donaſſe ita quod prouentus eiuſdem Eccleſie Epiſpurch auctoritate ac conſenſu predictorum domini. Hartmanni. Epiſcopi et Capituli cum primum vacare ceperit pertineant ad Sororum vſus communes in ſpiritualibus videlicet et temporalibus earundem Dyoceſani et Archidyaconi loci in omnibus iure ſaluo adiecto quod .. Prioriſſa et Sorores ſepedicti Conuentus que tunc pro tempore erunt teneantur eidem Eccleſie Epiſpurch in ſpiritualibus prout iuſtum fuerit prouidere ſicut in Inſtrumento ſuper hoc confecto ſub Sigillis premiſſorum domini Hartmanni. Epiſcopi ac Capituli plenius continetur. Sed et hec omnia ac ſingula in ſtatu in quo nunc ſumus de communj voluntate noſtri Capitulj ratificantes penitus confirmamus. In quorum ſufficiens teſtimonium et plenariam firmitatem preſentes littere noſtro Capituli noſtri dominorum .. Abbatis Monaſterii Sanctorum Vodalrici et Afre. Rvodolfi. Decani. Marquardi. Scolaſtici. Degenhardi de Haelenſtein Eccleſie ſancti Mauritii Prepoſiti in Auguſta .. Prepoſiti Sancti Georii extra Muros Ciuitatis noſtre .. Prioris Fratrum Ordinis Predicatorum Conuentus Auguſtenſis et communitatis Auguſtenſis. Sigillis ſunt fideliter communite. Datum Auguſte. Anno domini Milleſimo. Ducenteſimo. Octogeſimo nono. XI. Kalendas. Maii.

(C. 9. S.)

CLXXII.

Anno 1289. 15. Maii. In Wigenberg.

Gertrudis relicta Cunradi de Buch militis litem inter Cunradum dictum Ryse et maritum ſuum exortam componit.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum curſu temporis neceſſe eſt ea ſcripture teſtimonio perhennari. Hinc eſt quod nos Gerdrudis Relicta domini Cunradi de Buch quondam Militis felicis memorie qui viam vniuerſe carnis eſt ingreſſus. Notum facimus vniuerſis preſentibus et futuris hanc paginam inſpecturis quod diſcordia que vertebatur inter dominum Cunradum dictum Ryſe Sacerdotem ex parte vna. et iam dictum Maritum noſtrum ſiue nos ex parte altera omnino diſſecata eſt mediantibus viris ydoneis et diſcretis qui interfuerunt in hunc modum. quod nos domina Ger. vidua et relicta *prefata* predicto domino C. Ryſe. ſpoſpondimus et ſimiliter ſine *omni* contradictione promiſimus dare hanc Summam denariorum ſubſcriptam videlicet in feſto beati Bartholomei proxime nunc inſtanti triginta ſol. hallenſium. Item in feſto beati Mychahelis duas libras hallenſium. Item in Quatuor diebus die Cynerum. et tribus ſequentibus diebus. duas libras denariorum auguſtenſium monete Werdee. vel ipſum locare in prebenda Gerhalbiſhowe. ad duos annos ſi fieri poteſt ſine leſa conſciencia et ſi iam dictam prebendam ſubintrabit poſſidendam Elapſis duobus annis erunt perſolute predicte due libre auguſtenſium denariorum. Sin autem quod bono modo proceſſus haberi non poterit extunc in noſtro erit quod dabimus ſepedicto domino. C. Ryſe duas libras auguſtenſium denariorum. et ſub hac forma erimus integraliter ab inuicem ſeparati et ipſum ſecundum facultatem noſtram vna cum omnibus amicis noſtris pro ſatiſfactione tenebimur promouere. huius autem ordinationis fideiuſſores ſunt hii ſubſcripti qui predictis terminibus promiſerunt dare denarios pretaxatos aut

pignora que pro iiſdem denariis apud Judeos obligari poſſint ſub vſura qualibet occaſione prooul mota primo Rapoto de yrdenboch Officialis in wertunge. Vlricus gener ſuus faber de Logungen. Item Cunradus de turhem. Acta ſunt hec preſentibus piis Domino.. Abbate de Wlthenbach antiquo prepoſito in Holtz. fratri C. plebano in Luterbach. Szuſuinoker vero paſtore in Blinſphat. Camerario ibidem. fratre Bertoldo de fruſtingen. H. Szone de turhem. C. et Syfrido fratribus ſuis houiſtat et alii quam plures fidedigni vt autem hec ordinacio ſeu confirmacio robur exiſtat et ne aliqua calumpnia poſſit violari cum proprio Sigillo careamus Sigillo cenobii prepoſiti in wigenberg petiuimus communiri. Actum et datum ibidem in wigenberg. Anno domini. M. CC. LXXXIX. XVIII. Kal. Junii.

CLXXIII.

Anno 1289. 29. Junii.

Heinrich, Walther und Purchart Dietrich von Ramswag, Vögte zu Augsburg und auf dem Lande beurkunden, dass der Streit zwiſchen ihres Herrn des römiſchen Königs Rudolf Leuten, namentlich zwiſchen Rudolf dem Schreiber von Augsburg und dem Markgrafen Heinrich von Burgowe, der denſelben eines Gutes zu Pintzwanch entwert hat, zu Gunsten des Ersteren entſchieden worden.

In nomine domini Amen. Wir Heinrich Walther vnd Purchart Ditrich von Ramſwag, Voegte ze Auſpurch vnd ovf dem lande tun chvnt allen den die diſen brief leſent hoerent oder ſehent, Daz manger hande chriege vnd chlage waren, zwiſchen vnſers lieben herren des Edlen vnd des Obroſten Chvnilk Rudolfes des Roemſchen Chveniges leuten, die ovf dem lande vnd in den ſteten in vnſere phlege waren vnd vnſers herren des Edlen Margraven Heinriches von Burgowe lueiten vnd dieneren vnd daz offte vor

vnſerm herren dem Chvenige ze chlage vnd ze rede chom vntz als lange, daz vnſer herre der Chvenick von ſinen wegen vnd von ſinem gewalte, ze Rihteren vnd ze ueberhoerern, darzv gab hern Vlrichen von Aichaim hern Eberharten den Truchſaetzzen von walpurch vnd hern Heinrichen von Vreiberch. So gab vnſer herre der Margrave der zv, von ſinen wegen den edlen Graven Rudolfen von ſande Ganes ſiner tohter man hern Heinrichen von Hoehſtet vnd hern Chvnraten von Perge, daz die beidenthalben gewalt haben ſolten, taidinck vnd tage ze machen veber alle ſache die chriegick weren, vnd ovch gewalt heten die ze verrihten mit urtail oder mit minnen, die machten ein taidinck mit vereintem mvte ze Haſlach zwiſchen vlme vnd Albeke. Da chom vnſer herre der Margrave ſelbe zv mit ſinen taidingeren. Vnd chomen ovch wir dar mit den ueberhoreren die vnſer herre der Chvenick dar zv geben hete. Da wurden maniger hande ſache fuer geleit vnd wart ueber etliche urtail geſprochen vnd wurden verſchriben von beiden tailen, Vnd ueber etliche niht. Vnder den ſachen wart ein ſache fuer geleit, daz der Margrave vnd ſine amptlieute Rudolfen dem Schriber von Auſpurch entwert heten ſines gutes ze Pintzwanch daz er lange braht hete ruwechliche vnd het daz getan ane gerihte vnd ane reht. Da berieten ſich ueber die vorgenanten Rihtere vnd ueberhoerere, daz ſi ſprachen vnd ertailten mit rate vnd mit vereintem mvte. Wir ertailen ueber Maiſter Rudolfes gut des Schribers von Auſpurch daz ze Pintzwangen lit. Daz man dar ueber eine erbere chvnſchaft nemen ſol, vnd wer den andren des gutes hat entwert der in der gewer geweſen iſt, den ſol man wider in die gewer ſetzzen. Der urtail wart gevolget, vnd wart ovch verſchriben. Vnd wart der ander tack geben auer mit rate hintz weizzenhorn, daz man da ueber die ſache eine chvnſchaft nemen ſollte, vnd ander ſache da verrihten ſolten, da vrtail ueber geſprochen waeren. Zv dem tage chomen wir ovch, vnd wart ein chvnſchaft alſo genomen, daz vnſer herre der Margrave einen man ſenden ſolte, ſwen er wolte in die chvnſchaft in daz Dorf ze Pintzwangen. vnd daz Rudolf der Schriber einen man ovch nemen ſolte vnd den nennen ſolte ovf der ſtat, den man den nam er vnd nant den ovf der ſtat vnd chomen ueber ein

mit vereintem mvte vmbe Albrehten von Vilibach daz der ueberman waere, Des wart der dritte tack gemachet ze endehaften rehte ze gewinne vnd ze Fluſte in daz Dorf ze Pintzwanch von dem naeſten Svntage nach ſande Vites tage ueber aht tage daz man da vol varn ſolte nah der urtail diue ze Haſlach geſprochen wart als da vor geſchriben ſtat. Zv dem tage ſanden wir vnſern Vogt vnd chom ovch der ueberman dar vnd chom ovch Rudolf der Schriber dar, als im endehafter tack dar geben was, Vnd do die alle gewartet heten, lange ueber mitten tack, Do ſtund vnſer vogt ovf vnd gert einer urtail, Ob ez wol an der zit waere, daz man taidingen ſolte, da wart vmbe ertailt ovf den ait, Daz ez mer dan zwo mile ueber taindick zit waere, Do gert er auer an einer vrtail zervarn, wan beiden tailen tack dar geben waere ze endehaftem rehte, als ez allez dar chomen waere mit rehten tagen vnd mit urtail vnd der ueberman da waere vnd Rudolf der Schriber dar chomen waere als er ſolte vnd nieman gen in chomen waere mit botten noch mit in ſelben, Waz dar vmbe reht waere vnd wie man Rudolfen rihten ſolte. Da wart vmbe ertailt, wan vnſer herre der Margrave, nieman dar hete geſendet, vnd ovch nieman da waere der iht da fuer zvge von ſin wegen daz reht waere oder daz im huelfick waere, daz er da mit ſin reht verloren hete, an dem gute ze Pintzwangen, da ſi vmbe gerehtet heten. Vnd daz man Rudolfen in nvtzz vnd in gewer ſetzzen ſolte des ſelben gutes, des wart gevolget. Vnd wart Rudolf mit urtail vnd mit rehtem gerihte, in nvtzz vnd in gewer geſetzzet. Do gert er urtail, Ob man im des gerihtes wol ſolte einen brief geben daz ſin niht vergezzen wurde. daz wart im ertailt dar vmbe haben wir im geben diſen brief verſigelt vnd geveſtent mit vnſerm Inſigel daz dran hanget. Des ſint gezivge die vorgenante Rihtere vnd uberhoerere die an dem taidinge ze Haſlach waren. her Vlrich von Aichaim her Heinrich von Vreiberch her Otte ovf dem Stege der an des Truchſaetzzen ſtat was ze Weizzenhorn. her Albreht von Vilibach her Otte der Hurloher Marquart von Platten, her Rainbot der Schroter her liutpolt Notiſen vnd ander genvge die an dem dritten tage waren in dem Dorfe ze Pintzwangen Do dirre brief geben wart, do

waren von Chriſtes geburt Tovſent iar zwaiHvndert iar in dem Nivnten vnd Ahtzigeſtem iare an ſande Peters tage nah Svnwenden.

CLXXIV.

Anno 1289. Augustae.

Wolfhardus ep. sententiam in causa hospitalis August. et parochianorum in Aitingen de prato quodam altercantium, a Degenhardo de Helenstein ecclesiae ſuae archidiacono latam, confirmat.

Wolfhardus dei gratia Electus et Confirmatus Eccleſie Auguſtenſis. vniuerſis preſentium inſpectoribus salutem et sinceram in domino Caritatem. Ad habendam rei geſte memoriam expedit vt scripturarum et teſtium ſubſidio roboretur. Cuius rei cauſa Nouerit diſcretio singulorum. Cum parrochiani in Aeittingen. Magiſtrum et fratres Hoſpitalis Ciuitatis noſtre Auguſtenſis super *prato et* paruis Lignis videlicet fiminibus a strata Waeringen *vſque* ad vindelicam impeterent et mouerent aliquamdiu queſtio*nem* quod predictj Magiſter et fratres Hoſpitalis die ad hoc partibus aſſignato per Diffinitiuam sententiam in preſencia Honorabilis Domini Degenhardi de Helenſtein Eccleſie noſtre Archidiaconi. Cui cum preſentes non eſſemus illa vice commiſeramus in hac parte vices noſtras obtinuerunt predicta bona videlicet pratum cum fiminibus ipſi Hoſpitali debite pertinere quam sententiam rite et rationabiliter prolatam approbantes eam in nomine domini confirmamus. In Cuius rej Euidens Teſtimonium et debitam firmitatem preſentes ipſis dedimus noſtri et Honorabilis domini. D. de Helenſtein predicti Sigillorum munimine roboratas. Teſtes sunt qui etiam interfuerunt. Magiſter Burchardus plebanus Eccleſie Auguſtenſis Heinricus Schoengawer siboto frater suus Hart. longum pallium. Heinricus frater suus sebaſtianus. Heinricus Barba vol. vogelin. Diepoldus portinarius et alii plures Datum et actum Auguſte Anno domini. M. CC. LXXXIX.

CLXXV.

Anno 1290. 7. Aprilis. Augustae.

Wolfhardus eccl. Aug. electus civibus August. omnes libertates, eisdem a praedeceſsore ſuo episcopo Hartmanno conceſsas, confirmat, et cives antedicti omnes conſuetudines et jura ecclesiae obſervare promittunt.

In nomine domini Amen. Anno eiuſdem. Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo. Septimo Idus Aprilis domino Nicolao Quarto Sacroſancte Romane Eccleſie exiſtente ſummo Pontifice. Et domino Rudolfo Sereniſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto regnante. Wolfhardus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Electus et confirmatus preſencium inſpectoribus uniuerſis. ſinceram in domino caritatem. Quoniam propter fragilem hominum memoriam humana natura prona eſt ad diſſenciendum expedit contractus et geſta hominum ne obliuionis uicio perimantur ſcripturarum et teſtium ſubſidio roborari. Quapropter nouerit ſollercia preſencium et etiam futurorum. Quod cum venerabilis pater dominus Hartmannus Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus predeceſſor noſter. Ciues Auguſtenſes ſpeciali affectans proſequi gracia et fauore. de conſilio et conſenſu Capituli Eccleſie prenotate eos quibusdam libertatibus decreuerit decorare. Et quaſdam condiciones inter eum et eos ſtatuerit obſeruandas ſicut in Inſtrumentis ſuper hoc confectas lucide continetur. Et iidem Ciues à nobis et Canonicis Eccleſie noſtre humiliter petierint libertates et condiciones omnes et ſingulas approbari et legaliter confirmari. Nos maturo freti conſilio omnium de Capitulo Eccleſie noſtre accedente conſenſu et nemine penitus diſcrepante. Attendentes quod iuſta petentibus pius non eſt denegandus aſſenſus libertates et condiciones omnes et ſingulas approbamus. Ratificamus confirmamus et ratas eſſe uolumus in futurum. Et ad eternam rei memoriam ſuper appobacione ratificacione et confirmacione preſentes ſcribi fecimus et noſtri et

Capituli noſtri Sigillorum munimine roborari. Ipſi eciam Ciues omnes condiciones conſuetudines et iura noſtra que in eiſdem litteris continentur promiſerunt attendere et legaliter obſeruare preſentes Sigillo ſue Ciuitatis fideliter roborantes. Huius rei teſtes ſunt viri honorabiles et diſcreti domini. Rudolfus Decanus. Purchardus plebanus Fridericus de Zolre vicedominus Egno de Schaelchlingen Prepoſius ſancte Gerdrudis Canonici Eccleſie Auguſtenſis tractatores concordie ex parte noſtra et Capituli deputati. Heinricus Schongowarius Magiſter Chvnradus de Schoenck Marchwardus de Lovgingen Otto Hurloherius tractatores concordie ex parte vniuerſitatis Ciuium deputati. Degenhardus venerabilis Prepoſitus Movricij. Viri Religioſi domini Siboto Abbas ſanctorum Odalrici et Affre. Chvnradus prepoſitus ſancti Georij. frater Sifridus Prior ordinis fratrum predicatorum frater Gwilhelmus lector fratrum Minorum Siboto Curialis ceruus Chvnradus Rainboto Hartmannus longum pallium Sebaſtianus Ciues Auguſtenſes et alii quamplures. Datum et Actum Auguſte. Anno et die prenotatis.

CLXXVI.

Anno 1290. 9. Aprilis. Augustae.

Wolfhardus electus civibus August. indulget, ut pro munitione civitatis indebitum vulgo Vngelt dictum, ſicut annis praeteritis, a festo ſ. Georii ad quatuor annos recipiant, eximens vero a ſolutione indebiti ſe ipsum, capitulum totamque suam familiam.

In nomine domini Amen. Nos Wolfhardus dej gracia Electus Confirmatus Eccleſie Auguſtenſis Dilectorum nobis Ciuium Ciuitatis noſtre Auguſtenſis precibus inclinatj ipſis Capituli noſtrj Accedente Conſenſu concedimus ac eciam Indulgemus vt Indebitum quod wlgo Vngelt dicitur eo modo et condicione quibus Annis preteritis. a predeceſſoribus noſtris eſt conceſſum poſſint recipere pro Municione Ciuitatis noſtre predicte Auguſtenſis a festo Sancti

Georij ad Quatuor Annos. A quo Indebito Soluendo. Nos Capitulum noſtrum totamque noſtram familiam eximimus per preſentes. In quorum euidens teſtimonium et debitam firmitatem preſentes ipſis dedimus noſtro et Capituli noſtri Sigillis fideliter roboratas. Datum Auguſte. Anno domini. M. CC. Nonageſimo. V. Idus Aprilis.

CLXXVII.

Anno 1290. 16. Aprilis. Auspurch.

Die Ratgeben der Stadt Augsburg geloben dem Biſchof Wolfhard, weder von ihm, noch von dem Kapitel, noch von dem Gesinde Vngelt zu nehmen.

In nomine domini Amen. Wir die Ratgeben der Stat ze Auſpurch tun chunt allen den die diſen brief leſent hoerent oder ſehent, Daz vnſer erber herre Biſchof Wolfhart von Auſpurch durch vnſer bet, vnd ze feſtnvnge ſiner ſtat hie ze Auſpurch mit ſines Capitels gvnſt vnd rate vns die genade getan hat, daz wir ein Vngelt nemen ſuelen ze allen Toeren an der ſtat von hinnan vntz ſande Georin tack der nv ſchirſt chvmt, vnd dar nach veber vier iar in der gewonhait als ez bi ſinen voruarn genomen iſt. Vnd ſuelen von im noch von ſinem Capitel, noch von allem irem geſinde chain vngelt nemen, Daz das ſtaet belibe vnd vntzerbrochen vnd ſin niht vergezzen werde haben wir diſen brief verſiegelt mit der ſtet Inſigel ze Auſpurck daz dran hanget. Dirre brief wart geben ze Auſpurch, do von Chriſtes gepurt waren Tovſent iar zwai Hvndert iar in dem Niventzigoſtem iare, an dem Svntage nach ſande Tiburcin tage. der vor ſande Georin tage iſt.

(C. S.)

CLXXVIII.

Anno 1290. 17. Septembris. Lerenmos.

Wolfhardus ep. ſe obligat Mainhardo duci Karinthiae castrum in Phronten, ab eodem sibi commiſsum, restituere, et de advocatia eidem viginti marcas, vulgo dictas Salmarch, annuatim ſolvere.

Ed. in Hormayrs Gesch. d. gef. Grafsch. Tirol. II. p. 565. (Coll. Pl. Br.)

CLXXIX.

Circ. an. 1290.

Alberonis de superiori porta Bozani sententia contra colonum quendam ecclesiae Aug. de abalienatione quorundam bonorum ex mansu, ipsi ab ecclesia antedicta conceſso.

...... de gaſters. H. Jaeklini de Torkel. Nikellini dicti Heler. Alberti de huebn Rueblini de huebn et aliorum teſtium. Ibique coram diſcreto viro domino Alberone de ſuperiori porta bozanj Judice In Riccina conſtituto per Egregiam dominam Oſmeyam Duciſſam Karinthie et Comitiſſam Tyrolis hodierno die faciente racionem comparuit honeſtus vir dominus Volricus dictus Schalhas tamquam prepoſitus et verus prouiſor et vice gerens Eccleſie auguſtenſis conqueſtus eſt ſuper chriſtanum de gaſters et mouens queſtionem contra ipſum allegans et dicens quod dictus Chriſtanus de Gaſters colonus dicte eccleſie de manſo illo quem colit ab eadem eccleſia aliqua bona obligauit et alienauit ac eciam occupauit abſque ſuo ſcitu et ſua uoluntate quod eſſet contra ius et conſuetudinem colonum dicte eccleſie In Riccina. Qui vero

chriſtanus dicta et allegata dicti domini Volrici prepoſiti affirmauit et non potuit negare Vnde ſuper eo ſentenciatum fuit ibidem ſimiliter et obtentum ab omnibus in iudicio qui ſuper eo fuerint interrogati. quod Chriſtanus predictus redimet ac liberet omnia bona dicte eccleſie per eum alienata obligata ſev modo aliquo occupata ex manſo ſuo quem colit ab eccleſia ſupraſcripta hinc ad proximum feſtum ſancti Michahelis. ſub pena tocius ſui iuri quod habet vel uiſus eſt habere in dicto manſo. quod ſi ita non faceret et attenderet quod extunc ſit priuatus ab omni ſuo iure manſi ſupra ſcripti. Ego Chuonradus de Riccina Imperialis auctoritate Notarius publicus interſui et Rogatus publice ſcripſi.

CLXXX.

Anno 1291. 1. Februarii.

Ulrich von Zuſemekke verkauft ſeine Höfe zu beiden Agenwanch, die Gerichte, Dorfrechte und Ehehaften über dieſelben Dörfer etc. an Hartmann den Langenmantl, Heinrich deſsen Bruder und Marquart von Lovginge um 81 Pfd. Augsb. Pfg. auf Wiederloſung.

her berhtolt vaelman her hainrich der wiſſingaer, die do der ſtete ze avſpurch phleger warn her hartman der langenmantel, Johans der ſchongvaer ſiner tohterman, her Cvonrat der langenmantel, Johans ſin ſvn, Cvonrat Gvmlin vnd ander genuge. Do daz geſchach do warn von Criſtes gebvrte zwelf hvndert iar in dem Nivnden vnd Nivntzigoſten iare, an ſant vrbanes tage.

CCXXVIII.

Anno 1299. 7. Julii. In Berhtoltzhoun.

Heinricus de Kemnat, camerarius ducis Swewiae dictus de Hattenberch, monasterio St. Johannis in Stams villam seu civitatem Bvochelun pro DLXXXVI lib. denar. vendit.

In nomine domini Amen. Ego Hainricus de kemnat Camerarius ducis Sweuie dictus de hattenberch Miniſterialis Imperii Notum fieri cupio preſencium inſpectoribus vniuerſis quod cum Anno domini Milleſimo ducenteſimo Nonageſimo Nono feria Tercia proxima poſt feſtum beati Vodalrici Epiſcopi et confeſſoris. Viris Religioſis. domino.. abbati et Conuentui Monaſterii ſancti Johannis in Stams. Cyſtercienſis ordinis. Brixinenſis dyoceſis poſſeſſionem vſufvuctum dominium ac omne ius et vſum Ville ſev Ciuitatis Bvochelun que ad me iuſto proprietatis titulo pertinebat cum poſſeſſionibus ac pertinenciis ſiue iuribus in inſtrumento principali ſuper hoc contractu confecto plenius conprehenſis pro quingentis octoginta ſex libris denariorum nouorum auguſtenſis Monete dapſilis rite et racionabiliter vendidiſſem ac vendendo tradidiſſem proprietatis titulo perpetualiter poſſidenda de ſatiſdacione ſev warandia ipſarum poſſeſſionum et jurium ſuorum ac pertinencium eiſdem plene cauenda ipſis ſub ypotheca rerum mearum omnium ad hoc me obligo per preſentes vt videlicet ſi dominus.. abbas et Conuentus predicti ſuper quieta poſſeſſione predictarum poſſeſſionum omnium aut in quibuſcumque ſuis iuribus

et attinenciis que in principali priuilegio contractus prehabiti exprimuntur in parte uel in toto a quoquam hominum fuerint impetiti per duodecim annos continuos et duos dies exnunc conputandos eisdem abſoluere plene tenear et expedire ſine ipſorum dampno quolibet quicquid de huiusmodi poſſeſſionibus pertinenciis et iuribus fuerit in iudicio uel loco quolibet inpetitum. Et ut in ſatiſdacione prenotata predictis domino.. abbati et Conuentui ſecurius caueatur ipſis viros ſtrennuos et honeſtos ſubſcriptos ſcilicet dominum Swikgerum militem de Mindelberch et Sifridum fratrem eius dominum Volkmarum dictum Wolfsatel de Liebentanne dominum Gebhardum et dominum Hainricum de Starkenberch dominum Georium de Swango. Item dominos. Chvnradum et Engelſchalkum de Wildenrode. Hartmannum de Livetenhouen. Rvodegerum de phortzhain. Marquardum de Boezans milites et Bertholdum de Hirſdorf ipſis unanimiter conſencientibus et uolentibus et uice ſacramenti promittentibus obligacione fideiuſſoria in ſolidum preſentibus obligo ſub hac forma ut ſi quando quod abſit per lapſum temporis prenotati per inpeticionem cuiuspiam eos pulſari contigerit uel inpediri in predictis poſſeſſionibus iuribus et attinenciis quemadmodum eſt predictum nec talis inpeticio infra unum menſem a die denunciacionis michi facte conplete fuerit expedita extunc quondocumque quatuor ex predictis fideiuſſoribus quos ipſi uoluerint de hoc a domino.. abbate Monaſterii prefati uel ab aliquo fratrum ſuorum moniti fuerint in Ciuitate Bvrun ſe in obſtagio recipient infra octo dies in dampnum meum expenſas facturi tam div donec eadem inpeticio fuerit integraliter abſoluta. Quod ſi elapſo eodem menſe inpedimentum inpeticionis eiuſmodi non fuerit expeditum tunc quatuor alii predictorum fideiuſſorum quoſcumque duxerint conmonendos in Ciuitate eadem ſimiliter in obſtagio ſe recipient donec ſopita fuerit integraliter inpeticio memorata. Si uero poſt lapſum eiusdem menſis adhuc per inpeticionis obſtaculum eoſdem contigerit inpediri alii quatuor fideiuſſores ab ipſis domino.. abbati. ſcilicet uel aliquo ſubditorum ſuorum moniti in Ciuitate prenotata in obſtagio ſe recipient. Ita ut tam ipſi quam eciam ceteri qui ſe ibidem iam receperant expenſas in dampnum meum per ſe vel

per aliquos viros ydoneos tamdiv facere teneantur quo uſque omne inpedimentum inpeticionis cuiuslibet ſublatum de medio fuerit et plenarie terminatum et ad idem faciendum erunt iidem fideiuſſores quocienscumque noua inpeticio aliqua emerſerit obligati. Quod ſi de predictis poſſeſſionibus alique per inpeticionem cuiusquam euicte fuerint iuſticia mediante per equipollentes poſſeſſiones citra Licum flvuium a Villa ſev Ciuitate Brochelun ad duo miliaria uel infra ſitas et michi iuſto proprietates titulo attinentes ipſis loco euictarum poſſeſſionum traditas ab inpeticione que tunc inminet liberabor et fideiuſſores pro illo inpeticionis erunt articulo ab obſtagio abſoluti et hoc erit quociens aliquas de predictis poſſeſſionibus euinci in iudicio contigerit faciendum. Si uero quemquam ex ipſis fideiuſſoribus infra ſpacium preſcriptionis predicte quod abſit mori contigerit alium equiualentem ſub pena expenſarum obſtagii memorati eidem tenebor ſubſtituere a die ſui obitus infra menſem et hoc tenebor de quolibet eorundem fideiuſſorum ſiquem interim ex eis mori contigerit obſeruare tam de preſentibus quam de ſubſtituendis eiſdem ſi alicuius eorum mors id exegerit in futurum. Si autem quod abſit infra predicte preſcripcionis terminum viam vniuerſe carnis ingreſſus fuero heredes mei predicta omnia fideliter exequi tenebuntur. Recognoſco inſuper me fide data eiſdem inuiolabiliter promiſiſſe quod Curiam in Tulliſhuſen ſitam quam .. uſſenwek ad preſens incolit cum predicte uendicionis contractu ipſis per me rite et racionabiliter vendidtam cuius proprietas dependet de manu domini Alberthi Regis Sereniſſimi Romanorum et ſimiliter ſi que poſſeſſiones ville ſev ciuitatis prefate Brochelun ab eodem dependent iure proprietario eiſdem procurem approprietari ab eo per reconpenſacionem poſſeſſionum que michi proprietatis attinent titulo uel per preces occaſione et inpedimento quolibet propulſato. Et in horum omnium robur et euidenciam pleniorem preſentem literam Sigillorum fideiuſſorum omnium predictorum exceptis duorum dumtaxat qui Sigilla propria non habebant et mei munimine roboratam dedi domino .. abbati et Conuentui prenotatis. Duo uero ex predictis fideiuſſoribus ſcilicet dominus Hartmannus de Liyethenhouen. et dominus Rvodegerus de phortzhain qui ut dictum eſt Sigillis

carebant propriis ſub Sigillo meo ad predictam caucionem ſe fideiuſſoriam obligarunt. Datum et Actum in Bertholtshoun Anno et die vt Supra.

(C. 11. S.)

CCXXIX.

Anno 1299. 24. Augusti. Augustae.

Wolfhardus ep. conventui ſanctimonialium St. Margaretae Augustae bona in Wolfseldun, a Witgoo de Vilibach eidem vendita, appropriat.

Wolfhardus dei gracia. Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis. Vniuerſis preſencium inſpectoribus. Salutem et noticiam ſubſcriptorum. Cvm Witgous de Vilibach. Eccleſie noſtre Miniſterialis bona ſua. ſita in Wolfseldun ſingula et vniuerſa. iure proprietatis ſibi pertinencia cum ſuis attinenciis vniuerſis pratis paſcuis. agris viis inviis queſitis et inquirendis vendens pro certa ſumma pecunie quam recepit Religioſis dominabus.. Prioriſſe et Conuentui ſanctimonialium ſancte Margarete in Auguſta proprietatem eorundem. bonorum nobis tamquam vero domino ſuo. reſignarit. Et renunciarit omni iuri. quod ſibi in eiſdem bonis conpetebat uel conpetere videbatur. Nouerint vniuerſi preſentes literas inſpecturi. quod nos huiusmodi reſignacione recepta. ius quod idem Witgovs in predictis bonis habuit in perſonas. Prioriſſe et Conuentus dominarum predictarum tranſferentes proprietatem predictorum bonorum ipſis.. Prioriſſe et Conuentui donamus tradimus et aſſignamus tenenda fruenda. et perpetim poſſidenda. Ipſe quoque Witgous promittens obligauit ſe teneri de euiccione eorundem bonorum iuxta ius et terre conſuetudinem generalem. In quorum omnium euidenciam et perpetuam firmitatem preſentes exinde confecte ſunt. et noſtro ac predicti Witgoi Sigillis fideliter communite. Teſtes ſunt. Nobilis vir C. de Haſlach. Hartmannus Langemantel. C. dictus Vllentaler. S. Cvrialis Ceruus et

alii quamplures fide digni. Datum et Actum Auguſte. Anno domini. M. CC. Nonageſimo VIIII. VIII. Kalendas Septembris.

CCXXX.

Anno 1299. 31. Augusti. Apud Chemnaten.

Otto, Ludwicus et Heinricus duces Karinthiae monasterio St. Magni in Faucibus, a Meinhardo duce Karinthiae eidem per literas (d. in Caſtro montis St. Petri 1288. 11 Jul.) promiſsam defenſionem confirmant.

Nos. Otto. Lvdwicus. et Heinricus. dei gracia Duces Karinthie. Comites Tyrolis et Goricie. Aquilegenſis. Tridentine et Brixinenſis Eccleſiarum Aduocati tenore preſencium recognoſcimus profitentes quod vidimus et audiuimus priuilegium kariſſimi quondam patris noſtri. Datum Monaſterio ſancti Magni in Faucibus in hec verba. Nos Minhardus dei gracia Karinthie Dux. Tyrolis Comes Tridentine ac Brixinenſis Eccleſiarum Aduocatus. Vniuerſis et ſingulis fidelibus officialibus et ſubditis noſtris quibus preſens ſcriptum exhibebitur declaramus quod cum in Faucibus Monaſterium ſancti Magni. ſic nos aduocacie racione reſpeciat. quod de promocione ipſius gratulari. et. aduerſitatibus eius merite perturbari de cetero teneamur graciam ipſi Monaſterio per nos factam prout in literis noſtris continetur ſuper hoc datis non ſolum ratificandam ſed etiam duximus ampliandam Mandamus igitur vniuerſis et ſingulis officiatis et Deuotis noſtris noſtre gracia ſub optentu quatenus iura et libertatis dicti Monaſterii manutenentes. fideliter et fouentes. Homines et res eiuſdem quilibet in officio ſuo deffenſionis preſidio ſic efficaciter tueantur et precipue iure mortuario quod wlgariter totfal numcupatur quod nullum libertatum et iurium ſuorum abbas et Conuentus predicti Monaſterii vel eorum procuratores ſenciant detrimentum ſed pocius gaudeant incremento quia revera de lepedicti Monaſterii diſpendio non minus quam de proprio turbaremur nec pateremur

in ipſum aliquod contra racionis debitum atemptari. Datum in Caſtro montis ſancti Petri. Anno domini. M. CC. octogeſimo. VIII. XI. Intrante Julio. Indiccione. prima. Cupientes igitur in hac parte paterna veſtigia imitari omnibus fidelibus officialibus et ſubditis noſtris damus ſtriccius in mandatis quatenus circa deffenſionem et promocionem prefati Monaſterii et procuratorum eius prout ſuperius eſt expreſſum ob reuerenciam noſtram intendere debeant efficaciter et ſincere. Actum et Datum. apud Chemnaten. Anno domini. Milleſimo. Ducenteſimo. Nonageſimo nono die lune vltimo exeunte Auguſto. Indictione Duodecima.

CCXXXI.

Anno 1299. 9. Octobris. Augustae.

Albertus de Bruggeberch Wolfhardum episcopum in juribus in curia Fronriet atque in hominibus dictis Sintliute et Scheffower nullo modo perturbare promittit.

Nos Albertus Nobilis de Bruggeberch Tenore preſencium profitemur. et conſtare volumus vniuerſis quod promittimus et bona fide laudamus quod venerabilem dominum Wol. Epiſcopum Auguſtenſem. et Succeſſores ſuos. de cetero nec volumus nec debemus in iuribus ſeu iuris dicionibus ſuis piſcariis pratis paſcuis in Curia Fronriet in hominibus qui dicuntur Sintliute. et hominibus dictis Scheffower. perturbare aut quomodolibet moleſtare. Saluo iure noſtro aduocaticio. ab antiquo. debito et conſueto. In quorum obſeruanciam et debitam firmitatem preſentes ipſi domino Epiſcopo dedimus. Sigillorum venerabilis domini W. de Seuelt Canonici Auguſtenſis. H. et. G. fratrum ipſius. Awnculorum noſtrorum ac noſtri. munimine roboratas. Datum Auguſte Anno domini. M. CC. LXXXXVIIII. VII. Idus Octobris.

(C. 4. S.)

CCXXXII.

Anno 1299. 15. Octobris. Augustae.

Cunradus dictus Raspo, famulus Wolfhardi episcopi, aream unam in Episburch et octo jugera ibidem in campis, conventui St. Margaretae Augustae vendit.

Ego Cvnradus dictus Raſpo famulus domini mei. Wol. venerabilis Auguſtenſis Epiſcopi notum facio diſcretioni ſingulorum tam preſentibus quam futuris quod bona deliberacione prehabita et conſenſu vxoris mee pleniſſime accedente Elyzabete videlicet vendidi et tradidi donaui et dono aream vnam ſitam in Epiſburch et Octo iugera ibidem in Campis ſita pro certa quantitate pecunie Dominabus et Conuentui de ſancta Margareta. Predicatorum ordinis infra Muros Auguſtenſes mere proprietatis titulo per eas omni tempore poſſidenda promittens eis quod ſecundum conſuetudinem terre tenear eiſdem Dominabus cauere de omni euictione et queſtione ſiqua predictis dominabus et Monaſterio earum mouebitur in futurum de Area et jugeribus antedictis. Et quia Sigillum proprium non habeo preſentes ſub appenſione Sigilli domini mei.. Wol. venerabilis Auguſtenſis Epiſcopi petii roborari. Actum et Datum Auguſte Anno domini. M. CC. XCVIIII. Idus Octobris. Teſtes ſunt. dominus Hartmannus dictus Langenmantel. Rvogerus Langenmantel dominus Siboto Curialis Ceruus. Ciues Auguſtenſes. et dominus. Albertus Capellanus ſancte Margarete eo tempore. et frater. Vlricus de Epiſburch. et alii quam plures.

CCXXXIII.

Anno 1299. 15. Octobris. Augustae.

Wolfhardus ep. hospitali Augustae curiam in Berge adpropriat.

Wolfhardus dei gratia Ecclesie August. vniuersis presentes litteras inspecturis ſalutem et noticiam ſubscriptorum. Cum

Sifridus Marscalcus de Oberndorf curiam ſitam in Berge et decimas ibidem cum ſuis pertinenciis quas a nobis in feodo tenuit fratribus pauperibus hospitalis et ipsi hospitali Sancti Spiritus in Augusta vendens in manibus nostris resignarit et renunciarit omni iuri quod ſibi in eisdem bonis conpetebat vel conpetere videbatur et petierit ipsa bona in fratres predictos et ipsum hospitale transferri cum ipse Marscalcus bona ſua in Elgen videlicet propugnaculum cum ſuis pertinentiis iure proprietatis ſibi pertinentia in reconpensationem bonorum predictorum in berge nobis tradiderit et eadem bona a nobis receperit iure feodali. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod nos ipsius Marscalci precibus inclinati de capituli nostri consilio et assensu ipsa bona in Berge in prenominatos fratres et hospitale transferimus et eis donamus tradimus et assignamus tenenda fruenda et perpetim possidenda. In cuius translationis ſeu donationis evidentiam et perpetuam firmitatem preſentes dedimus ſigillo nostro roboratas. Datum August. Anno domini MCCLXXXXVIIII. In vigilia Sancti Galli Confessoris.

Ex autogr. arch. hospital. (Coll. Pl. Br.)

CCXXXIV.

Anno 1299. 6. Novembris. Tonersberch.

M. duciſsa Bawariae monasterio in Weihenberch pro recompensa agrorum annis ſingulis duas metretas olei aſsignat.

M. dei gracia Comitiſſa Palatina Reni Ducisſa Bawarie prepoſito et Conuentui Monaſterii in Weihenberch. graciam ſuam. et omne bonum Pro recompensa agrorum veſtrorum volumus et auctoritate preſencium concedimus. vt theloniarius noſter in Werttvm annis ſingulis in feſto beati Lavrencii vobis duas metretas olei. menſure Wertungenſis vobis non differat aſignare quod ſi thelonium ceſſauerit volumus vt agri predicti ad veſtram Eccleſiam

libere reuertantur. In cuius rei evidenciam. preſentes iuſſimus noſtri Sigilli munimine roborari. Datum in Tonerſberch. Anno domini. M. CC. Nonageſimo Nono. Octauo Idus Nouembris.

CCXXXV.

Anno 1299. 7. Novembris. Monaci.

Rudolfus dux Bawariae Chunrado Hvorloherio burchgravio August. pro ſe et pro fratre ſuo Lodwico jus patronatus ecclesiae in Havsen, juxta oppidum Dilingen ſitae, in feudum confert.

Nos Rvdolfus dei gracia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie notum facimus preſencium inſpectoribus vniuerſis quod conſideratis ac inſpectis fidelibus obſequiis et deuotis que nobis Chvnradus Hvorloherius burchgrauius Auguſtenſis hucuſque exhibuit et exhibere non deſinit inceſſanter ſibi pro ſe et heredibus ſuis pro nobis et Illuſtri Lodwico fratre noſtro kariſſimo Jus patronatus Eccleſie in Havſen iuxta Diligen Opidum ſite in feudum contulimus et conferimus quod quidem titulo proprietatis nobis dinoſcitur attinere ab ipſo et predictis ſuis heredibus a nobis titulo feodali perpetuo poſſidendum. In cuius rei teſtimonium preſentes damus noſtri Sigilli robore communitas. Datum. Monaci. Anno domini. Milleſimo. Ducenteſimo. Nonageſimo nono. proximo die Sabbati ante inſtans feſtum beati Martini Epiſcopi.

(C. S.)

CCXXXVI.

Anno 1300. 13. Januarii. Augustae.

Sifridus Marſchalcus de Donnersperch filiique ſui Sifridus et Johannes curiam suam Augustae sitam magistro Kraſtoni de Nidelingen majori ſcolastico August. pro 50 lib. vendunt.

In dei Nomine Amen. Nos Sifridus Marſcharcus de donersperch. Sifridus. et Johannes filii eiuſdem profitemur preſentibus quod bona deliberacione prehabita. Curiam noſtram in Auguſta ſitam iuxta Curiam domini Egononis de Schelclingen et Magiſtri Kraftonis Scolaſtici Auguſtenſis. iure proprietatis michi Sifrido ſeniori pertinenti cum domo area pomario et aliis pertinenciis vendidimus tradidimus libere et donauimus iam dicto Magiſtro Kraſtoni de Nidelingen. Maiori Scolaſtico Auguſtenſi. pro quinquaginta libris Auguſtenſibus. quas proinde recepimus Cauentes eidem de euiccione et uicio ſecundum conſvetudinem terre contra omnes inpetentes vel inpetituros eundem ſiue ſint heredes vel alii qualescunque domino noſtro Epiſcopo excepto. Renunciantes eciam excepcioni non numerate peccunie doli mali et cuilibet alii que nobis aliqualiter conpetere videbatur. Nos vero wolfhardus. dei gracia Epiſcopus Auguſtenſis conſiderantes in hoc vtilitatem Eccleſie noſtre ſiue Capituli verti predicte vendicioni conſentimus et ideo preſentes litteras Sigilli noſtri Munimine vna cum Sigillorum predictorum ſcilicet Sifridi et ſifridi duximus roborandas. Teſtes autem qui rogati hiis interfuerant ſunt dominus Hainricus de Beringen. dominus Diettricus de Hawenſtain. Canonici Auguſtenſes. dominus Hainricus. de lutzelenburch. Miles. Cvonradus. de ſtvolen. Hainricus portenarius. Berhtoldus prepoſitus dominorum. et alii quam plures fide digni. Datum Auguſte. Anno domini. Milleſimo CCC. in octaua Epiphanie domini.

CCXXXVII.

Anno 1300. 15. Martii. Stams.

Monasterium St. Johannis in Stams ecclesiae August. pro duabus ecclesiis parochialibus in Buochellun jus patronatus ecclesiae in Lindiberk confert.

In nomine domini Amen. Nos frater Cvonradus abbas et Conuentus monaſterii Sancti Johannis in Stams. ordinis Cyſtercienſis Brixinenſis dyoceſis omnibus ad quos preſens inſtrumentum peruenerit noticiam ſubſcriptorum. Si diligenter attenditur quid deceat ſecundum honeſtatem et quid expediat ſecundum utilitatem licitum reuera iudicabitur vtile et honeſtum quod noſtrorum beneficiis benefactorum taliter reſpondeatur ne inde diſpendium paciantur. vnde uidentur premium meruiſſe. Nouerint igitur vniuerſi preſencium inspectores quod nos communicato conſilio et concordi conſenſu venerabili in Chriſto patri et domino Wolfh. Epiſcopo ac vniuerſis Reuerendis dominis noſtris Canonicis Eccleſie et Capituli Auguſtenſis qui nobis et noſtro Monaſterio hanc gratiam contulerunt ut duarum Eccleſiarum parrochialium in Brochellun quarum ius patronatus ad nos dinoſcitur pertinere vtilitates et prouentus menſe noſtre amodo debeant deſeruire. vt eorum indempnitati prout condecet conſulamus ius patronatus Eccleſie parrochialis in lindiberk cum iure aduocaticio eiuſdem Eccleſie que ad nos hucuſque pertinuerunt donacione canonica contulimus et cum vero rerum dominio conferimus per preſentes iure perpetuo poſſidenda. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum vnicum preſentibus eſt appenſum cum ſigillis pluribus in ordinis noſtri domibus non vtamur. Teſtes ſunt fratres karolus prior. liupoldus supprior. Heinricus de Stubweng. Giſelberthus Cantor. Cunradus portenarius hermannus de Mays. Gebhardus. Cvnradus Cuſtos. hermannus Cellerarius. Johannes subcuſtos. Mangoldus.

Walkvonus sacerdotes et Monachi domus noſtre. Acta ſunt hec Stams anno domini. M. CCC. ydus Marcii.

(C. S.)

CCXXXVIII.

Anno 1300. 12. Julii. Auspurch.

Heinrich der Frazze gibt Otto dem Hurloher Bürger zu Augsburg den Hof zu Mittelnbuch, und den zu Stadlen nebſt anderen dreien Höfen zu Eigen.

In nomine domini amen. Ich hainrich der frazze tvn chvnt allen den die diſen brief leſent hoerent oder ſehent, daz ich durch grozzen vnd getriwen dienſt den mir Otte der hurloher burger ze auſpurch getan hat vnd mir vnd minen Erben noch getvn mach mit aller miner Erben rat vnd willen min aigenſchafft an dem Hof ze Mitelnbvoch, an dem Hof ze Stadlen der des warpergers was vnd an andern drin hoefen, im Otten dem Hurloher vnd ſinen Erben gegeben han ze rehtem aigen, daz das ſtaet Belibe vnd ſin niht vergezzen werde habe ich in geben diſen brief verſigelt vnd geveſtent mit minem inſigel daz dran hanget dirr brief wart geben ze auſpurch do von Chriſtes geburt waren drivtzehen hundert iar an sand Margareten abent.

(C. S.)

CCXXXIX.

Anno 1300. 15. Augusti.

Heinrich von Wilhaim überlässt dem Gotteshauſe U. Fr. zu Augsburg den halben Theil der Kinder Ulrich des Gereuters.

In nomine domini Amen. Ich Hainrich von Wilhaim tvon chvnt allen den die diſen brief hörent ſehent oder leſent, das

ich vergich, dem hochgelopten gozhus venſer vrowen von ovſpurg ains tails, dez erberen mans, volrich dez gereuters chind vnd vron Agneſen, ſeiner huſvrowen an geferd ze tailend vnd gewinnent ſi ain vngerades chind, daz ſol hören nach der vrowen. der red iſt geziug, her chvonrad von goz genaden probeſt daz Bollingin, her hainrich von Sevelt, her witgov von Taining. her Ber. von Egolſingen. her Jordan. hainrich. der Biſenberger. Daz diu red ſtet belip vnd vnzerbrochen, gib ich. hainrich von Wilhaim ze ainer ſtetegung vnd ze ainer feſtegung mein Inſigel an den brief. Da diu hantfeſt geben wart, do waz von Criſt gepurt Tuſent iar, in dem Druhundertoſten iar, an vnſer vrowen tag, ze der iungern.

CCXL.

Anno 1300. 18. Augusti. Augustae.

Monasterium in Raitenbuch conſentiente Wolfharto ep. Aug., ecclesiam in Ludenhusen capitulo maioris eccleſiae Aug. donat.

In dei Nomine amen. Nouerint vniuerſi fide Chriſti inſigniti quod Nos Volricus prepoſitus et totus Conuentus monaſterii in Raitenbuoch ordinis Sancti auguſtini friſingenſis dyoceſis bona deliberatione et ſano Conſilio prehabitis de Conſenſu et bona voluntate venerabilis patris et domini wolfh. Epiſcopi auguſtenſis Eccleſiam in ludenhuſen. auguſten. dyoc. cum omnibus ſuis attinenciis cuius ius patronatus nobis et monaſterio noſtro pertinet vnanimiter libere pure et ſimpliciter donamus et tradimus preſentibus Capitulo Maioris Eccleſie Auguſten. cum Jure patronatus et omni alio iure quod in eadem Eccleſia habemus. Menſe communi eiusdem Capituli perpetuo deſeruiendam. Et nos wolfh. dei gratia Epiſcopus Aug. huic donacioni conſentimus et eam preſentibus confirmamus, donantes nichilominus eidem Capitulo ea omnia que Epiſcopus in huiuſmodi donationibus conſueuit

Eccleſiis elargiri. In Cuius rei euidens teſtimonium preſens inſtrumentum donacionis eſt Sigillorum predicti patris domini wolth. Epiſcopi Auguſten. noſtri et Conuentus noſtri munimine roboratum. Datum Auguſte. anno domini. Milleſimo CCC. XV. kalen. Septembris.

(C. 3. S.)

CCXLI.

Anno 1300. 11. Novembris.

Ludewicus comes de Oettingen cum capitulo Aug. se eo modo reconciliat, ut omnia quae percepit de bonis capituli in Lebsingen restituat et pro. damnorum refusione 200 libr. den. ſolvat.

In Dei Nomine amen. Sciant cuncti ad quos preſens inſtrumentum peruenerit. quod Nobilis vir dominus Ludewicus Comes de Oetingen ex vna et domini de Capitulo Maioris Eccleſie Auguſtenſis ex parte altera de queſtionibus accionibus et generaliter de omnibus controuerſiis quas ad ſe invicem hactenus habuerunt ſunt reconciliati conpoſicione amicabili interuenientes in hunc modum videlicet quod omnes queſtiones acciones et ſimulctates ſententie etiam excommunicationis interdicti ſiue alie qualeſcumque fuerint late ab ordinariis Judicibus ſiue delegatis quibuscunque et contra quaſcumque perſonas loca diſtrictus principaliter vel acceſſorie acta etiam Judiciaria occaſione huiusmodi conſcripta ammodo ceſſant et conquieſcant immo penitus ſint ſopita. Comes vero memoratus vniuerſa et ſingula que percepit de bonis predictorum dominorum in lebſingen per biennium iam elapſum in frumento peccunia ſiue rebus aliis quibuscumque memoratis dominis de capitulo vſque ad carnispriuium proxime venturum reſtituat ſatiſſaciat integre et refundat pro dampnorum vero refuſione ſique ſuſtinuit Capitulum ſepedictum a comite predicto vel quondam patre eiusdem comitis pro remedio eciam anime

ſue et progenitorum ſuorum idem comes dat ducentas libras hallenſium capitulo ſepius memorato centum libr. hallen. videlicet in kalen. Maii proxime venturis et reſiduas centum libras in feſto beati Martini proximo ſubſequenti. promittit eciam dominus comes ſupradictus dominum abbatem ſancti burchardi herbipolen. et ſuum monaſterium occaſione huiusmodi controuerſiarum numquam grauaturum et omnem ranchorem ſiquem contra eum habuit pure et ſimpliciter dimiſit de hiis omnibus fideliter obſeruandis et numquam contra veniendo fideiuſſerunt pro domino comite memorato dominus fridericus de Maingen dominus waltherus de bophingen milites et heinricus notarius domini comitis. Reinwart de werdea miniſter ſenior. hainricus miniſter de Nordelingen et hainricus dictus ſchuoler ciuis in nordlingen omnes in ſolidum ſic ſcilicet quod ſi non fiat reſtitucio ſiue ſolutio predicta ſecundum modum prefatum omnes ſe preſentabunt in obſtagium perſonaliter in tabernam in opido werde vel Nordelingen inde non exituri donec dominis predictis plenarie fuerit ſatiſfactum tam partes principales vero quam et fideiuſſores promiſerunt omnia predicta rata et firma ſeruare nulla exceptione legis ſiue canonis obſtante per quam poſſent predicta vel aliquid eorum in principali ſiue acceſſorio aliqualiter inpediri ſiue eciam anullari. Et vt hec omnia in ſuo robore perſeuerent preſens inſtrumentum. Sigillorum predicti domini comitis et memoratorum dominorum de capitulo munimine eſt roboratum. Datum et actum. Anno domini Milleſimo. CCC. In die beati Martini.

(C. S.)

CCXLII.

Circ. an. 1300.

Sifridus dapifer de Richen illis, quos laesit, aliisque ad pias causas 300 lib. August. den. de castro suo in Richen legat.

Vniuerſis hanc litteram inſpecturis innoteſcat quod ego Sifridus Dapifer de Richen adhuc compos racionis mee de voluntate et

promiſſione patris mei domini Sifridi condidi teſtamentum ſecundum quod mihi videbatur ſalubrius anime mee ita et tali conditione videlicet quod pater meus et homines mei ſoluant de Caſtro meo in Richen et de ſuis attinenciis trecentas libras denariorum Auguſtenſis Monete prout legaui his quós leſi et aliis ſicut declaraui in pias cauſas. Talis vero ſolutio fieri debet. de conſilio prioris fratrum Predicatorum in Auguſta et domini. H. prepoſiti in wihenberch et domini Sifridi Archidiaconi de Algeſhvſen et fratris Sifridi de hoſteten. et patris mei domini Sifridi. Inſuper eciam frater meus conſenſum ſuum dedit et mihi cooperari promiſit in ſatiſfaccione et reſtitucione circa illos quos leſi. In teſtimonium preſentis teſtamenti volui roborare hanc litteram cum inpreſſione Sigilli domini Archidiaconis de Algeſhuſen et proprio ſigillo.

CCXLIII.

Circ. an. 1300.

Heinricus de Waynek colonis suis bona quae a ſe habent, certis conditionibus locat et confirmat.

. . . .

locatoris In preſencia Haynczlini Carnificis dicti Pauchenczle Ottolini Sartoris ex dicto nouo Burgo Alberti Sartoris de Pravnek famuli dicti Ottolini Bartholomei famuli ſubſcripti domini Heinrici de waynek et aliorum teſtium Rogatorum. C. Ibique dominus Heinricus de waynek pro ſe et pro omnibus ſuis heredibus locauit et conceſſit infraſcriptis ſuis colonis illa bona que ab ipſo domino Heinrico habent in omni eo iure prout ex antiquo ab ipſo habuerunt et conſueti ſunt habere. Primo videlicet Gotzlino et vollino de Satel vollino et toldelino fratribus filiis quondam Chuontzlini de Rayne Jacobo dicto Langues Chvonrado dicto Olar et Jachelino dicto Olar Jacobo et Jachelino quondam morungi Hilpoldo et Chuonrado quondam federici pro ſe et fratre ſuo Petro omnibus de manſo dicto weyſſenſtayn Heinrico et Jacobo

dictis Chobe de monte ſancti Petri. Et Chriſtano pro ſe et fratre ſuo Perchtoldo dicto Platner de monte Sancti Petri. Ita quod dicti coloni et eorum heredes bona que ab ipſo domino Heinrico de Waynek habent et habuerunt et excolunt habeant teneant et poſſideant in omni eo iure prout ex antiquo habuerunt. Et quod ipſi coloni neque ſui heredes bona que excolunt a dicto domino Heinrico et ab ſuis heredibus ex pacto speciali non debent vendere donare obligare occupare Diuidere neque modo aliquo alio alienare in toto uel in parte ſine voluntate expreſſa et legitima dicti domini Heinrici et ſuorum heredum et ſi contra fecerint tunc cadant ab omni eorum iure ille uel illi qui contra fecerint. Et quod ſe ipſe dominus Heinricus uel ſui heredes ſe intromittere poſſint et valeant ſine Judicio et ipſius nuncio. Et quod ſemper in quinto Martio a die hodierna conputando. ipſi coloni et eorum heredes paciſci debent quod wlgariter dicitur gedingen eo iure prout ex antiquo conſueuerunt hoc facto ipſe dominus Heinricus omni ſuo Capucio inveſtiuit eos videlicet vnum poſt vnum. Ego Ruopertus filius quondam Heinrici dicti Pader de Bozano Imperiali auctoritate publicus notarius hiis interſui et Rogatus ſcripſi.

CCXLIV.

Anno 1301. 15. Martii. Augustae.

Albertus Romanorum rex Ulrico Kamerario de Wellenburch bona ſua in Mittelesten redditusque et advocatiam de quatuor curiarum in Aitingen pro centum lib. Aug. eidem aſsignatis oppignorat.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ad vniuerſorum noticiam volumus peruenire quod attendentes fidelia et fructuoſa obſequia que Strenuus vir Vlricus Kamerarius de Wellenburch nobis et Imperio exhibuit et exhibere et facere inante fideliter repromiſit. Sibi Centum libras denariorum Auguſtenſium

darimus largiendas. Et quia paratam peccuniam non habemus ſibi omnia bona noſtra in Mitteleſten et Imperii necnon omnes Redditus Tritici cum Aduocacia Quatuorum Curiarum in Aitingen cum omnibus ſuis pertinenciis pro peccunia huiusmodi obligamus habenda tamdiu quouſque ſibi aut ſuis heredibus de dicta peccunia per nos aut noſtros ſucceſſores in Imperio fuerit ſatiſfactum. preſentium teſtimonio literarum. Datum Auguſte Anno domini. M. CCC. primo. Indiccione. XIIII. Idus Marcii. Regni vero noſtri anno Tercio.

CCXLV.

Anno 1302. 4. Aprilis.

Heinrich der Alte von Augsburg verkauft ſein Gut zu Uzzersbach, Lehen von dem Biſchofe zu Augsburg, an Kunrat von Ereſingen.

In nomine domini amen. Ich hainrich der alte von auſpurch tvn kvnt allen den die diſen brief leſent horent oder ſehent, daz ich mit gvter betratunge vnd mit rat vnd mit gvtem willen aller miner Erben, die darzv horten min gvte ze vzzerſpach, daz der kazer bwet vnd ſwaz darzv gehort ze dorf, ze velde ze holze beſvchtes vnd vnbeſvchtes vnd das lehen iſt von minem herren, dem Biſchofe ze auſpurch, geben vnd verkauffet hant, Chvnrat von Ereſingen vnd allen ſinen Erben vnd ſol ich ſchaffen, das im vnd ſinen Erben, daſſelbe gvte gelihen werde, von ainem Biſchofe, der nv erſte Biſchofe wirt vnd darnach in der ainem Manod vnd ſol auch ſchaffen, von herrn herman von agnenwach, das er vfgebe daſſelbe gvte wan er ez mit mir enphinench ze lehen vnd ſwenne daz vorgenante gvte im gelihen wirt, ſo ſol ich im danne darnach das gvte ſtaten, fure ain rehtes lehen, nach landes rehte vnd han im darvmbe ze bvrgen geſetzet zv mir vnuerſchaidenlich, hainrichen minen Bruder von dvrnaelt, volrich von Itenhuſen vnd hainrich von Offingen, mit der be-

ſcheidenhaeit, ſchvſe ich niht, ſwenne ein Biſchof wirt ze anſpurch, darnach in der ainem Manod, daz im vnd ſinen Erben daz gute niht gelihen wrde, oder wrde das gvte anſprache von ſwelhen ſchvlden daz geſchehe, mit dem rehten vnd entheloſet ich im des niht vnd wrde im das gvte auch niht gelihen, in dem zil, als da vorgeſprochen iſt, ſo hat er oder ſin Erben gewalt die Burgen alle ze manen vnd ſvln im die laiſten ze hant ze anſpurch in ainem lithuz an geuerde in rehter giſelſchefte vnd ſvln nimmer vzkomen in werde ée entheloſet, ſwoer vmbe ſi danne gemanet haten. daz in des niht vergezzen werde darumbe han in geben diſen brief verſigelt und geueſtet mit minem Inſigel daz dran hanget vnd wir die vorgenanten Burgen binden vns vnder daſſelbe Inſigel ze laiſten vnd ze halten ſwez dauor geſcriben ſtat. do dirre brief geben wart, do was von criſtes gebvrte drivzehen hvndert Jar vnd in dem andern Jar, an ſant ambroſii tak.

(C. S.)

CCXLVI.

Anno 1302. 4. Maii.

Heinricus marschalkus de Mazensez Elisabetham filiam Heinrici militis de Ramunge ad altare b. V. M. ecclesiae Aug. donat.

In nomine domini. Ego Hainricus Marſchalcus de Mazenſez Notum facio preſencium inſpectoribus vniuerſis publice proteſtando quod ego intuitu diuine remuneracionis Elizabetam filiam domini hainrici Militis de Ramvnge mihi et heredibus meis pertinentem donaui. ad altare beate virginis Marie Eccleſie auguſtenſis. Renuncians pro me uxore mee kariſſime Ithe ac omnibus meis heredibus omni Juri proprietatis quod mihi et heredibus meis in dicta domicella competit aut competere uidebatur. In cuius donacionis euidens teſtimonium preſentes dedi mei et Capituli

Ecclesie Auguſtenſis ſigillorum munimine roboratas. Teſtes ſunt domini Rudolfus Decanus Magiſter Eberhardus Cuſtos. Hainricus de Bergen. Wernhardus de Seuelt. Sifridus Marſchalcus de Oberndorf Canonici Ecclesie Auguſtenſis. hainricus de Ramvnge. Diepoldus de Nezzelnwach. Nycolaus filius domine dicte Volrichen et alii quam plures. Datum et actum anno domini Milleſimo. CCC. ſecundo. IIII. Nonas Maii.

CCXLVII.

Anno 1302. 24. Maii.

Heinrich von Hoehſteten, Albrecht von Vilibach etc. entſcheiden den Streit zwiſchen Eberhart von Weizzingen und dem St. Margreten Kloster zu Augsburg um Güter zu Eppispurch zu Gunsten des Klosters.

In nomine domini Amen. Wir Hainrich von Hoehſteten Albreht von vilibach Mangolt von Reihartſhoven chvnrat von Sundernhain die ritter ſint vnd Ludwick der Amman von Dilingen, tvn kvnt allen den die diſen brief leſent hoerent oder ſehent, Daz vmb ſogtan anſprach die Eberhart von weizzingen hincz den gveten ze Eppiſpurch gehabte hat vnd warnde haben, dive die erſamen frovwen des chloſters ze Sand Margareten in der Stat ze auſpurch angehoerent, ein tack ovf daz gvet hincz Eppiſpurch, mit baider taile gvetem willen ovf daz reht gegeben vnd gemachte wart vnd ſwederr taile dem andern da er mit dem rehten iht an behvobe daz der des geniezzen ſoelte vnd daz gvot ſverbas haben ſoelte an chrieck vnd an alle anſprach. An den tack komen von der erſamen frovwen ſand Margareterin wegen. Her chvnrat der velentaler. Her Rudger der langemantel. Her chvnrat Griveninck. Her Hainrich herbort. Her Johans der Schoenegger Burger ze auſpurch vnd ander erbar Burger zv vns hintz Eppiſpurch vnd wart da von baiden tailen gvtem willen hintz vns geſetzet vnd durchnochchlich an vns gelazzen, daz wir das reht

darveber ſpraechen. Do daz geſchehen was do wart baider taile chlage vnd ſache fver gelegt. Vnd haben nach ir baider ſage vnd fverlegunge ertailt ovf vnſern ait daz niht bezzers weſten, daz Eberhart von weizzingen, noch ſinive chint noch kaine ſine Erbe, an der vorgenanten frovwen groten ze Eppiſpurch kainerſchlaht reht habent noch hinnanfver haben ſulen noch enmvgen, vnd daz ſi die vorgenanten frovwen an iren greten vngeirret lazzen ſuelen wan ſi kaine reht daran habent noch haben ſuelen cnd daz nv hinnanfver an denſelben greten zwiſchan in kain bhrieck noch anſprach werden mvge haben wir gemachte mit vaider taile gvetem willen, diſen brief ze ainem vrkvende verſigelt vnd geveſtent, mit vnſern Inſigeln die inſigel habent, mit hern chvnrates des velentales Inſigel. mit hern Rudgers des langemantels inſigel. mit hern chvnrates Grivenings inſigels, mit hern Hainrich herbortes inſigel. mit hern Johans des Schoenekkers inſigel Burger ze Auſpurch dive alliv dran hangent So pindent ſich die andern die nicht inſigel habent vnder dive ſelben inſigel aller der Dinge dive da vorgeſchriben ſtant. Do daz geſchach do waren von gotes geburte drivetzehen Hundert iar in dem andern iar an Sant Vrbans abent.

CCXLVIII.

Anno 1302. 5. Junii. Augustae.

Heinricus dictus de Hatenberge omnia bona ſua in villa Affaltrach capitulo maioris eccleſiae Aug. vendit.

In dei Nomine amen. Ego hainricus dictus de hatenberge ſcire volo vniuerſos et ſingulos quod ego propria voluntate bona mea ſita in villa affaltrach cum ſuis pertinenciis vniuerſa et ſingula culta et inculta queſita et inquirenda cum omnibus ſuis iuribus et iuriſdictionibus corporalibus et incorporalibus iure patronatus non excepto ius etiam aduocaticium quod ibidem habui in bonis pertinentibus Monaſterio in Raetenbuech, homines etiam vniuerſos et ſingulos eiſdem bonis pertinentibus ibidem vel alibi conſtitutos

ſub omni eo iure quo ego eadem bona homines iurisdictiones et iura emi a bone memorie ſifrido de Mindelberch vendidi tradidi et donaui iure proprietatis dominis de Capitulo Aug. pro quadringentis decem libris x. ſolidis denariorum nouorum Aug. quam ſummam pecunie profiteor me recepiſſe renunciando exceptioni non numerate peccunie doli mali quanti minoris et cuilibet alii per quam hic contractus poſſet aliqualiter infirmari vel etiam annullari. Caui etiam eiſdem dominis de eviccione predictorum bonorum ſecundum ius et conſuetudinem terre communem huiusmodi autem contractum inii de conſenſu expreſſo domini mei alberti Regis Romanorum obtento vel obtinendo per literas ſuas patentes obtinendas vſque ad feſtum ſancti Jacobi proxime nunc futurum ſi interim in provinciam ſweuie revertetur sin autem cum primum omni dolo et fraude preterpoſitis potero huiusmodi literas conquiram. Et ſi eundem dominum meum Regem premori contingat creato nouo Rege eius conſenſum infra annum a tempore creacionis modo ſimili obtinebo si autem quod abſit ſepedicti domini de Capitulo aliquam impeditionem in predictis bonis paterentur ab aliquo vel ab aliquibus ſiue etiam evictionem huiusmodi impedimentum abſoluere teneor et de hoc et de conſenſu predicto Regis videlicet obtinendo pro me obligo fideiuſſorio nomine swigerum cononicum Aug. et Swigerum fratrem eiusdem dictos de Mindelberch. dominum Eberhardum de Shoenegge. volcmarum dictum wolfſatel. Camerarium de wellenburch. milites. Sifridum marſchalcum de Matzenſies ſic videlicet quod ſi ſepedicta bona non expedientur ſecundum formam ſupradictam omnes iſti fideiuſſores vel quicumque ex ipſis fuerint moniti preſentabunt ſe in obſtagium inde non receſsuri donec huiusmodi impedimentum ſiue impeticio abſoluatur Nos vero fideiuſſores iam dicti preſentibus profitemur omnia predicta et obligamus nos ad eadem ſub forma ſupra ſcripta vt autem omnia hec inviolabilia perſeverent hoc inſtrumentum traditum eſt ſepedictis dominis sigillo meo et sigillis fideiuſſorum fideliter communitum. Datum et actum Aug. anno domini M. CCC. ſecundo. Non. Junii. Indicione XV.

(C. 71. S.)

CCXLIX.

Anno 1302. 18. Junii.

Coram iudicibus curiae Aug. Helena relicta Ottonis dicti Hurnloher Heinrico de Beringen, canonico August. curiam ſuam in Hurnloch ſitam vendit.

In nomine domini amen. Vniuerſis preſentium inſpectoribus. Judices Curie Auguſten. ſinceram in domino caritatem. Quoniam humana natura primorum parentum vicio deprauata prona eſt ad diſſenſionis materiam expedit que geruntur in tempore ad eternam rei memoriam ſcripture et teſtium ſubſidio roborari. Quapropter nouerit ſollercia ſingulorum quod domina helena relicta quondam Ottonis dicti hvrnlohaer ciuis Auguſten. in noſtra preſentia conſtituta confeſſa eſt quod afflicta diuerſo onere debitorum cum ex mobilibus huiusmodi debita ſoluere non valeret. Curiam ſuam in hvrnloch ſitam quam colit Liutfridus viro honorabili domino hainrico de Beringen. Canonico Auguſten. pro Quinquaginta libris et XVII. ſolidis denar. Auguſten. quos in vtilitatem ſuam filiorum et filiarum ſuarum verſos eſſe firmiter affirmabat auctoritate ſtrenui viri Chvnradi de Ramſwach aduocati Auguſten. auctoritatem et decretum vendendi et diſtrahendi eandem curiam interponente et affirmante ipſam et ſuos liberos per hoc proſpicere meliora vendidit tradidit et aſſignavit cum omnibus eidem Curie pertinentibus queſitis et inquirendis iureiurando affirmans quod contra venditionem huiusmodi clam uel palam per ſe uel per alios non veniat in futurum. Conſtituit eciam viros diſcretos Liutfridum patrem et Liutfridum fratrem eius. Chvnradum Thaeſemaer. Hainricum et fridericum dictos Phawentrit. Ottonem hurnloher et Chvnradum fratrem ſuum et Johannem appotecharium de euictione fideiuſſores in ſolidum. Ita quod ſi per eum liberos ſuos uel alium quemcumque eidem domino Hainrico uel habentibus eam ab eo queſtio mota fuerit coram quibuſcunque Judicibus Ordinar. delegatis Eccleſiaſticis uel Secu-

laribus ipſi fideiuſſores et quilibet eorum in ſolidum ſecundum terre conſuetudinem pro ipſo reſpondere excipere defendere et experiri et indempnem reddere teneantur quod ſi non fecerint uel vnus non fecerit. Quatuor ex ipſis mohiti ſe in obſtagio in Ciuitate Auguſten. recipient donec huiusmodi impetitio quieſcat et reddatur indempnis de ipſo obſtagio nullatenus receſſuri. Item ſi vnus ex fideiuſſoribus uel decedat uel de terra recedat alius fideiuſſor ſub pena predicta obſtagii debet in decedentibus vel recedentis locum ydoneus ſubrogari. In quorum euidenciam ipſa et fideiuſſores prediċti patiuerunt preſentes conſunibi et noſtro aduocati predicti et Liutfridi patris ſui. Chvnradi Thaeſemaeri Hainrici Phawentrit. Ottonis hurnlöherii et Johannis appothecarii ſigillorum munimine roborari. Nos vero fridericus Phawentritt. Chvnradus hvrnloherius et Liutfridus Juuenis appothecarius. Reuerendi viri domini Rvodolfi decani. Eccleſie Auguſten. et ego Helena honorabilis prepoſiti ſancte Crucis extra Muros qui propriis ſigillis caremus ſigillis vti voluimus et preſentes eorum munimine roborari. Teſtes ſunt domini. Magiſter Eberhardus Cuſtos Magiſter Chriſto ſcolaſticus. Magiſter wolframmus Cellerarius. Canonici Eccleſie Auguſten. Hainricus Bertholdus Bitſchelinus tunc procuratores ciuitatis. Chvnradus Velentaler. Hainricus Schrötaer ciues Auguſten. et alii quam plures. Datum et actum anno domini. M. CCC. ſecundo. XIIII. kalend. Julii.

(C. Ꝟ. S.)

CCL.

Anno 1302. 9. Augusti.

Elen Otten ſel. des Hurnlochers Wittwe, Bürgerin zu Augsburg, verkauft ein Gut auf dem Kützenmarkt zu Augsburg, Lehen von Marquart von Althaim, Kunraden dem Eventaler Bürger zu Augsburg.

In nomine domini amen. Ich Elen hern Otten ſaeligen des Hurnlochers witewe burgerin ze auſpurch vnd chvnt allen den

die diſen brief leſent hoerent oder ſehent Daz ich mit miner vnd miner chindt phleger rat vnd willen vmb rehte geltes noet, da ich mit bechvembert was von mines wirtes saeligen wegen min gvot auf dem kvetzenmarckte in der ſtat ze auſpurch in ſant volrichs pharre vnd ſwas darzv gehört, gefreht vnd vngeſveht daz mines wirtes vnd miner chinde reht lehen was von Marquarten uon althain vnd von ſinen vetern in allem dem reht als min wirt vnd ich herbraht haben, verchauffet han Chvnraten dem Eventaler burger ze auſpurch und ſinen erben vmb ſechzick phvnt niver auſpurger phenninge vnd ſol ſchaffen mit den lechenherren, daz dazſelbe gvot im vnd ſinen erben gelichen werde vnd ſwas daz koſte gen den lechenherren, den ſchaden ſol ich halben tragen vnd Chvnrat der Eventaler halben Ich ſol in auch dazſelbe gvet ſtaeten als man reht lechen ſtaeten ſol Darvmb han ich in ze buergen geſetzzet hern Livtfriden minen vater, Chvnraten den Taeſmer. Hainrichen den Phawentritte Otten den Hvrnloecher zv mir alle vnverſchaidenlich. Ob in an der ſtaetkait iht abgieng, daz ich in daz entloeſen ſol vnd min buergen die vorgenanten an iren ſchaden vnd wan miniv chinde ze iren tagen niht komen ſint, Sol ich ſchaffen daz divſelben chinde daz lehen aufgeben ſwanne ſie ze iren tagen komen als ez vor auf geben iſt an ſchaden. Taet ich des niht ſo habent ſi gewalt die bvrgen ze manen vnd ſvelen in die laiſten in der ſtat ze Auſpurch in ainem lithaus an geverde in rehter giſelſchefte vnd ſvelen nimmer auz koemen vnze in verrihte werde darvmb ſi gemant habent. Sturbe auch der burgen ainer inner der friſt des got niht welle, so ſol ich in andern buergen ſetzzen den ſi genement in ainem manod. Taet ich des niht so habent ſi aver gewalt der bvergen zwein ze manen ſwelhe ſi wellent vnd ſvelen in die laiſten in demſelben reht vnze in an buerge geſetzzet werde den ſi genement Daz daz ſtaet beliba vnd vnzerbrochen, darvmb han ich in geben diſen brief verſigelt vnd geveſtent mit der ſtet Inſigel ze Auſpurch mit mines wirtes Inſigel vnd mit der vorgenanten miner buergen Inſigel, div elliv dran hangent. Des ſint gezivge herre Chvnrat der Lange, Hainrich der Prior die do der ſtet ze Auſpurch phleger waren, herre Heinrich der

Schongawer, Berchtolt Bitſchlin, Chvnrat der Minner, Rvdger der Langenmantel, Hainrich der Wizzinger vnd ander genvege. Do daz geſchach do waren von Chriſtes gebvrte drivzehenhvndert iar darnach in dem andern iar an ſant Loerenzins abent.

CCLI.

Anno 1302. 22. Dezembris. Augustae.

Heinricus dictus de Augusta junior omnes poſseſsiones suas in villa Aitingen capitulo majoris ecclesiae Aug. pro 153 lib. denar. vendit.

In dei Nomine amen. Noverint vniverſi quos noſce fuerit oportunum quod Ego hainricus dictus de Auguſta junior filius quondam domini hainrici dicti de Auguſta militis omnes poſſeſſiones meas et predia mea in villa Aitingen occidentali ſita iure proprietatis michi pertinencia tam ruſtica quam vrbana domus videlicet ortos curtilia agros prata ſalicta et omnia alia iura que habui ibidem corporalia et incorporalia queſita et inquirenda hominibus exceptis vendidi tradidi et douaui dominis de Capitulo Maioris Eccleſie Aug. pro C. LIII. libris denariorum Auguſtenſium nouorum proinde receptis et plenarie numeratis. Cauendo eiſdem dominis de vicio et evictione et omni inpeticione ſecundum quam res proprie vendi conſueverunt et pro eiſdem cauari conſtituens fideiuſſores pro me de predictis fideliter obſeruandis dominum hainricum dictum Snelman militem et fratres meos videlicet dominum Volricum militem hainricum ſeniorem et hainricum juniorem dictos de Auguſta et volricum dictum Itenhuſer quemlibet eorum in ſolidum ſic quod ſi aliquem eorum ante tempus de iure et conſuetudine communi terre quo vendiciones rerum propriarum ratificari conſueverunt ſiue confirmari quod abſit premori contingat ſic etiam quod ſi aliquale inpedimentum ſiue inpeticio de bonis predictis emerſerit omnes ſimul uel quicumque ex eis monitus fuerit in obſtagium ſe recipient Auguſte in tabernam

inde non exituri donec alius loco premortui eque ydoneus ſubrogetur et huiusmodi inpedimentum ſiue inpeticio penitus ſopiatur. vt autem omnia hec rata permaneant dedi eis preſentes sigillo Judicum curie aug. cum proprium non habeam ſub quo profitentur etiam predicti hainricus Junior frater meus et volricus de Itenhuſen nec non ſigillorum predictorum dominorum hainrici et volrici militum et h. munimine roboratas. Datum et actum Aug. anno domini. M. CCC. ſecundo. XI. kalend. Januarii.

(C. 4. S.)

CCLII.

Anno 1303. 30. Maii. Augustae.

Degenhardus episcopus libertates et privilegia a praedeceſsoribus ſuis episcopis civibus August. collata et approbata confirmat.

In nomine domini Amen. Degenhardus. dei gracia Electus et Confirmatus Eccleſie Auguſtenſis preſencium inſpectoribus vniuerſis Salutem et ſinceram in domino karitatem. Quoniam propter fragilem hominum memoriam humana natura prona eſt ad diſſenciendum expedit contractus et geſta hominum ne obliuionis vicio perimantur ſcripturarum et Teſtium ſubſidio roborari. Quapropter nouerit ſollercia preſencium ac eciam futurorum quod cum venerabilis pater felicis memorie. Dominus Hartmannus. Epiſcopus noſtre Eccleſie Auguſtenſis awnculus et predeceſſor noſter dilectus. Ciues noſtros Auguſtenſes ſpeciali affectans proſequi gracia et fauore de conſenſu et conſilio Capituli Eccleſie prenotate eos quibuſdam libertatibus decreuerit decorare et quaſdam condiciones inter eum et eos ſtatuerit obſeruandas ſicut in Inſtrumento ipſius domini Hartmanni quondam Epiſcopi ſuper hoc confecto lucide continetur. Et iidem Ciues a nobis et Eccleſie noſtre Canonicis humiliter pecierint libertates huiusmodi omnes

et ſingulas approbari et legaliter confirmari prout Reuerendus in Chriſto pie recordacionis dominus. Wolfhardus. noſter predeceſſor eaſdem libertates approbauit ſeu eciam confirmauit. Nos igitur maturo freti conſilio communi conſenſu noſtre Eccleſie Capituli accedente et nemine penitus diſcrepante attendentes quod iuſta petentibus pius non eſt denegandus aſſenſus libertates condiciones omnes et ſingulas per ipſum dominum Hartmannum Epiſcopum ipſis Ciuibus conceſſas et per dominum. Wolfhardum quondam Epiſcopum approbatas ſicut in ſuo apparet Inſtrvmento. Approbamus ratificamus confirmamus et ratas eſſe volumus in futurum. Et ad eternam rei memoriam ſuper approbacione ratificacione et confirmacione noſtra ſic facta preſentes conſcribi fecimus noſtri et Capituli noſtri. Sigillorum munimine roboratas. Ipſi eciam Ciues antedicti omnes condiciones conſuetudines libertates et iura nobis et Eccleſie noſtre debita et conſueta promiſerunt et promittunt bona fide attendere et legaliter obſeruare preſentes Sigillo ſue Ciuitatis fideliter roborantes. Huius rei Teſtes ſunt viri Honorabiles et diſcreti domini Ruodolfus Decanus. Magiſter Burkhardus Plebanus. Magiſter Eberhardus Cuſtos. Magiſter Krafto Scolaſticus. Magiſter Wolframus Cellerarius. Cvnradus Rehberk. Canonici noſtre Eccleſie Auguſtenſis. Heinricus. Schongawerius. Heinricus. Portenerius. Cvnradus. Vlentalerius. Ruedegerus longum Pallium. Livtfridus Appotecarius. Cvnradus. Notarius. Ciues Auguſtenſes et quamplures alii fidedigni. Datum et Actum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. Tricenteſimo tercio. III. Kalendas Junii.

CCLIII.

Anno 1303. 11. Decembris.

Hermannus et Engelschalkus milites de Rorbach poſſeſsiones ſuas in Kutzenchoven capitulo majoris eccleſiae Aug. vendunt.

inſtrumentum inter ceteras ordinaciones noſtras et ſtatuta Capituli in futura tempora perpetuo referuetur. In quorum omnium euidenciam et teſtimonium preſens inſtrumentum conſcribi fecimus noſtri Capituli et predicti domini H. de Beringen Sigillorum munimine fideliter roboratum. Huius rei teſtes ſunt. Kropho Decanus. Burchardus dominus plebanus. Krafto Scolaſticus. Wolframus Cellerarius..., Cuſtos. Fridericus. de Snait. Magiſter. C. dictus Zolner Advocatus et Magiſter VL. dictus Hofmaiger. Datum et Actum. Anno domini. M. CCC. XIII. In die ſancti Mathie Apoſtoli.

CCCXI.

Anno 1314. 24. Februarii.

Swiggerus praepositus, Kropho decanus totumque capitulum eccl. Aug. confitentur quod H. de Beringen concanonicus ſuus medietatem quatuor curiarum in Erringen, Hurnloch et in Althain, atque advocatiam villae in Maerdingen ſibi donaverit.

In nomine domini amen. Ne hominum actus et geſta precipue que laudis ſint extollenda preconio a memoria dilabantur expedit ea ſcripturarum ac teſtium remedio commendari vt alii ipſorum exemplo edocti ad ſimilia prouocentur. Eapropter nos Swiggerus prepoſitus. Kropho Decanus totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis. In communem omnium noticiam deducimus per preſentes quod Honeſtus vir dominus. H. de Beringen noſter concanonicus predilectus pio ductus propoſito cupiens et querens per terrenarum rerum ſubſtanciam quam dominus ſibi contulit in hoc mundo eterne retribucionis premia conquirere et celeſtia regni habitaculum perpetuum comparare volens eciam noſtre Eccleſie refundere ſiquid vtilitatis conſecutus fuerit et commodi ab eadem de duabus Curiis et earum attinenciis quas ipſe et Honeſtus vir dominus Krafto Eccleſie noſtre Scolaſticus a domino Engelſchalcho de Rorbach ſub empcionis in diem titulo pro. C. L. minus

duabus libris denariorum Auguſtenſium inſimulcomparaunt quarum Curiarum vna ſita eſt Erringen dicta Ruhenhof altera Hvrnloch dicta Motzenhof taliter diſpoſuit et ordinauit quod illarum Curiarum medietas que ipſum contingit ſibique pertinet poſt obitum ſuum ſi per venditorem predictum reempte non fuerint cedant perpetuo noſtro Capitulo Auguſtenſi ob anime ſue remedium et leuamen. Si vero ipſe Curie per venditorem predictum reempte fuerint et abſolute voluit et ordinauit quod medietas precii predictarum Curiarum quam Idem dominus. H. de Beringen pro parte ſe contingente pro emendis predictis Curiis expoſuit ſcilicet. LXXIIII. libre denariorum Auguſtenſium dentur et cedant Capitulo memorato per quam pecuniam emantur poſſeſſiones alique conpetentes imperpetuum dominium et vſum Capituli ſupradicti. Ita quod de redditibus predictarum Curiarum ſi non reemantur vel ſi reemantur de redditibus poſſeſſionum pro jamdictis. LXXIIII. libris denariorum Auguſtenſium comparatis et de nouis bonis Capituli noſtri diſtribuantur annis ſingulis. IIII. libre cum dimidia denariorum Auguſtenſium pro preſencia in terminis quos predictus dominus. H. de Beringen in vita ſua aut eo defuncto teſtamenti ſui executores duxerint deputandos. Inſuper de duabus Curiis ſitis in Althain quas ipſe dominus. H. de Beringen et dominus Scolaſticus predictus a Sifrido de Broch pro C. et XVI. libris denariorum Auguſtenſium eciam ſub empcionis in diem titulo inſimul compararunt ſimili modo diſpoſuit et ordinauit quod poſt obitum ſuum medietas ipſarum Curiarum eum contingens ſi non reemantur vel ſi reemantur precium quod ipſis Curiis emendis pro parte ſua expoſuit videlicet. LVIII. libre denariorum Auguſtenſium predicto Capitulo aſſignentur pro qua eciam pecunia poſſeſſiones alique ad dominium et vſum ipſius Capituli comparentur. Ita quod de redditibus predictarum Curiarum ſi non reemantur vel ſi reemantur de prouentibus poſſeſſionum pro dictis LVIII. libris denariorum Auguſtenſium conquiſitis et de nouis bonis noſtris Annis ſingulis diſtribuantur. IIII. libre denariorum Auguſtenſium pro preſencia in terminis per ipſum dominum. H. de Beringen aut per teſtamenti ſui executores deputandos ſicut in articulo proximo eſt expreſſum. Preterea Idem dominus. H.

de Beringen ſimiliter ordinauit quod poſt obitum ſuum advocacia ville in Maerdingen ſibi pertinens quam a domino Sifrido Marſcalco de Oberndorf pro precio. XL. librarum denariorum Auguſtenſium pure empcionis titulo comparauit que advocacia annuatim in redditibus certis ſoluit tres libras denariorum Auguſtenſium et duos Modios Auene cedere debeat Capitulo ſepedicto. Ita quod redditus eiuſdem advocacie pro preſencia diſtribuantur in terminis quos ipſe dominus. H. de Beringen vel teſtamenti eius executores ſicut in ſuperioribus articulis dicitur deputabunt. Et quia nos Prepoſitus. Decanus et Capitulum Auguſtenſis Eccleſie predicti has ordinaciones omnes et ſingulas ad laudis diuine cultus extollenciam et augmentum ac Eccleſie noſtre vtilitatem et comodum redundare cognoſcimus euidenter ipſas recipimus acceptamus approbamus et ratificamus ad ipſarum obſeruacionem quantum nos tangunt communiter vel diuiſim perpetuo obligantes. Volumus eciam et ſtatuimus vt preſens inſtrumentum inter ceteras ordinaciones noſtras et ſtatuta Capituli in futura tempora perpetuo reſeruetur. In quorum omnium euidenciam et teſtimonium preſens inſtrumentum conſcribi fecimus noſtri Capituli et predicti domini H. de Beringen Sigillorum munimine roboratum. Huius rei teſtes ſunt. Kropho Decanus. Burchardus plebanus. Chrafto Scolaſticus. Wolframus Celerarius.... Cuſtos. Fridericus de Snait. Magiſter. C. dictus Zolner advocatus et Magiſter VL. dictus Hofmaiger tabellio. Datum et actum. Anno domini. M. CCC. XIII. In die Sancti Mathie Apoſtoli.

CCCXII.

Anno 1314. 15. Maii.

Heinricus praepositus monasterii St. Crucis Augustae, conſentiente Friderico ep. reditus de curia quadam in Oberhusen, ad oblagium monasterii ſui donat.

In nomine domini amen. Ne legittime et intuitu pietatis geſta ſucceſſiuis temporibus ab hominum memoria dilabantur. Expedit

ut ipſorum inſtrumentis publicis noticia roboretur. Ea propter nouerint vniuerſi qui ſua crediderint intereſſe quod nos Hainricus diuina permiſſione Prepoſitus Monaſterii ſancte Crucis Auguſte de conniuencia et aſſenſu reuerendi in Chriſto patris. et domini Friderici venerabilis Epiſcopi Eccleſie Auguſtenſis ipſius eciam auctoritate ſpeciali ex certa ſciencia accedente interueniente quoque vnanimi conſenſu omnium fratrum et Canonicorum Monaſterii prenotati redditus XXV. ſolidorum denariorum Auguſtenſium ſoluendorum de Curia dicti Kuentinger ſita in Oberhuſen per nos Monaſterio noſtro iuſto titulo Jure proprietatis conquiſitos perpetuo percipiendos et pacifice poſſidendos. ad Oblagium Monaſterii noſtri. predicti. ob remedium anime noſtre donauimus tradidimus et ordinacione deputauimus. ſpeciali quos eidem Oblagio noſtro connexos ſine prefinicione temporis diſpoſuimus pertinere. Ita videlicet ut predictorum reddituum in die depoſicionis uel mortis noſtre et deinde annis ſingulis. in anniuerſario noſtro uel exequiis noſtris perpetim celebrandis. decem ſolid*os* denariorum Auguſtenſium in vigiliis. alii uero in Miſſa confratribus et Canonicis Ordinis noſtri equaliter diſtribuantur et preſentibus aſſignentur. Quatuor uero ſolidi de premiſſis ſcolaribus prebendariis. et vnus magiſtro ſcolarum ob conſolacionem anime noſtre ut et ipſi noſtris aſſiſtant efficacius exequiis tribuantur. Nos igitur fridericus dei gracia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis conſiderantes predictam ordinacionem racionabiliter factam ipſam approbamus confirmamus et eidem auctoritatem noſtram ex certa ſciencia preſtamus mandantes et precipientes ipſam a dictis Canonicis Monaſterii Ciuitatis noſtre prout nunc nobis et ipſo Prepoſito fideliter promiſerunt ſub omni forma et tenore ut ſupra dictum eſt ſine contradictione qualibet perpetuo firmiter obſeruari. In quorum omnium euidenciam pleniorem preſentes Sigillo noſtro appenſis eciam Sigillis predictorum Prepoſiti et Conuentus ad peticionem ipſorum decreuimus roborandas. Actum anno domini. M. CCC. XIIII. in vigilia aſcenſionis domini.

(C. 2. S.)

CCCXIII.

Anno 1314. 3. Septembris. München.

Die Herzoge Rudolf und Ludwig von Bayern verſchreiben Heinrich dem Saeſchenhauſer für den Dienst, welchen er dem Ersteren am Rheine thun ſoll, 50 Pfund auf einer Hube zu Veldolſingen, auf der Vogtai über eine Hube zu Eglingen etc.

Wir Rudolf vnd Ludwig von gotes genaden. Pfallentzgrafen bei dem Rein vnd Hertzogen in Baiern, Tun chvnt allen den die diſen brief anſehent oder hoerent leſen. Daz wir Heinrich dem Saeſchenchauſer, ſeiner Hausfrawen vnd iren erben, vmb den dienſt, den er vns Hertzog Rudolf, iezo an den Rein tuon ſol vnd daz er ſich ſelbe ze diſen zeiten mit Roſsen vnd mit Hengſten vaerich hat gemachet ſchuldich ſein Fumftzich pfunt Mvencher pfenning vnd fuer diſelben phenning, verſetzen wir in diſev guot, div hernach geſchriben ſteent, dez erſten ein Huob, div gelegen iſt ze Veldolſingen, div in vor-verſetzet iſt, von Hertzog Ludwig, fuer vier vnd zwaintzich pfunt Mvencher pfenning, als di brief ſagent die ſi von im darvmb inne habent vnd ein vogtay vber eine Huobe ze Eglingen, div gehaizzen iſt Scheffelhuobe vnd ein vogtay vber ein Mvel ze Maenchingen, div gehaizzen iſt daz muellehen, fuer Sehs vnd zwaintzich pfunt Mvencher pfenning vnd ſuelen ſi divſelben guot, als lang inne haben vnd niezzen, biz daz wir oder vnſer Erben, div vorgenanten guot, von in oder von iren erben widerloeſen vmb die vorgeſchriben fuemftzich pfunt Muencher pfenning vnd darveber ze einem vrchuende, geben wir in diſen brief mit vnſern Inſigelen verſigelten. Der geben iſt ze Mvenchen Da man von Criſtes gebuert zalt, Dreutzehen Hundert Jar, in dem viertzehenden Jar, an dem Eritag nach Egidii.

CCCXIV.

Anno 1314. 13. Octobris.

Arnolt der Kamrer von Wellenburg gibt, im Falle er von ſeiner Fahrt gen Frankfurt, die er mit dem Herzog von Kärnthen macht, nicht wieder zurückkommt, ſeinen Hof zu Huſen dem Kapitel zu Augsburg.

In Gotes namen amen. Ich Arnolt der Camrer von Wellenburch tven chunt allen den die diſen brief leſent oder hoerent leſen, daz ich minen Hof daze Huſen, den Hainrich der Hveber bvt, der alliv iar gilt zwen ſcheffel Roggen zwen ſcheffel Habern, fumf ſchilling phenning, zwe genſe vnd vier Hvener, geſchaffet vnd gegeben han, minen Herren. dem Chapitel dez Chors ze Auſpurch daze dem Tvem, durch miner ſele willen mit ſogetanem gedinge iſt, daz ich an diſer verte die ich tven gen Franchenfurt mit minem Herren dem Herzogen von Chaerend. got vber mihc gebivtet vnd nicht wider chum, daz daz vorgenent gvet, dez vorgenempten Capitels, evclich aigen ſi, als ez .nv min iſt vnd daz ſi min iarzit da von begangen vnd miner Saele gedenchen, als gewonlich iſt. Iſt aber daz ich widerchum, ſo wil ich, daz daz geſchaeft gar vnd gentzlich ab ſi. Darzve tven ich aber chunt, daz ich demſelben Capitel geſchaffet han durch mins vater ſeiligen Saele willen, darvm daz man auch ſin iarzit begange, ain phunt Auſpurger phennin geltes, barer phenning vz dem gvet ze Hurblingen, nach miner Baſen der Camrerin ze ſant Katrinen todes vnd die wil div lebt ſo wil ich dazſelb phunt vf mins vater iarzit vz minem Butel geben, Swenne aber min vorgenemptiv baz en iſt, ſo ſol daz vorgenempt Capitel vz demſelben gvet ze Hurblingen, ain phunt Herren geltes haben. ſwenne ich in anderſwa vz minem gut ein phunt herren geltes gib oder Drizzig phunt Barer phennin, ſo ſol ich dezſelbez phundes ledik vnd los ſin vnd daz in daz ſtaete belibe, gib ich in den

brief verſigelt mit minem Inſigel daz daran hanget, der gegeben wart do man zalt von Criſtes geburt Drivzehen hundert iar, in dem vierzehen iar, an dem Svntag vor ſant Gallen tak.

CCCXV.

Anno 1314. 7. Novembris. Bozani.

Ulricus Schalhas, procurator ep., Perhtoldum dictum Heuze de manso ad Roentsch investit.

Sig. Notar. Anno domini Milleſimo. CCC. XIIII. Indictione XII. die Jouis VII. intrante Nouembri bozani in Curia uillicali ad ſanctam afram bozani in preſencia domini uolrici uillici de ſancta afra bozani. Ruobonis de Roentſch. Ruperti dicti chamine de Roentſch. Rublini ab der ſtikchel et teſtium aliorum. Ibique dominus Volricus dictus ſchalhas Auguſtenſis prepoſitus certus nuncius et procurator Reuerendi in Chriſto patris domini Friderici Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopi. nomine procuratorio quo ſupra necnon pro ſupradicto domino Epiſcopo et omnibus ſuis ſucceſſoribus et pro ſua Eccleſia ſupradicta. Tytulo et iure locacionis perpetualis ad ius hereditarium. inueſtiuit perchtoldum dictum heuze. filium quondam perchtoldi dicti heuze ex plattental. et dominam alhaidem uxorem quondam perchtoldi de obererlach pro ſe et omnibus ſuis heredibus recipientibus de uno nominatim manſo poſito ad Roentſch quem manſum prius et antea tenuerunt et excoluerunt ab Auguſtenſi Eccleſia perchtoldus heuzo de plattental et perchtoldus de obererlach. Vt de cetero in perpetuum ipſe perchtoldus heuzo et prenominata domina alhaidis conductores et omnes ipſorum heredes. ſupradictum manſum. habere tenere et poſſidere debeant cum omnibus iuribus racionibus et accionibus. ingreſſibus et egreſſibus. ſuperioribus et inferioribus. cultis et incultis queſitis et inquirendis et cum omnibus aliis ſuis requiſicionibus. ad ſupradictum manſum pertinentibus in integrum. nominatiue tamen et expreſſum. cum tribus peciis

terre cum vineis pertinentibus. et ſpectantibus in manſum ſiue ad manſum ſuperius nominatum. quarum peciarum una dicitur ſuneman. altera dicitur Gere. Tercia dicitur leuna iacentes in Valles. ſupradicti conductores. et omnes ipſorum heredes ſupradictum manſum ſemper habendo in bona prouidaque cultura. ſemper meliorando at non deteriorando et ſi ſecus aut incontrarium fecerint aliquibus temporibus ita quod ipſe manſus per ſupradictorum conductorum aut ſuorum heredum inſufficientem et inprouidam culturam deterioratus fuerit eſtimatione et iudicio hominum ſapientum iure ſuo cadant ab omni quod habent in manſo ſuperius nominato. Ad ſiclum ſiue cenſum. ſupradicti conductores et ipſorum heredes. dandum et ſoluendum ſingulis annis ſiue omni anno tempore uindemiarum de dicto manſo medietatem tocius uini ſiue muſti. quod deus dederit in manſo ſupradicto. ipſi conductores aut ipſorum heredes partem domini locatoris dando preſentando et conducendo. in Torcular domini Epiſcopi antedicti. quod ſtat in curia uillicali ad ſanctam afram bozani. Et de ſupradictis tribus peciis terre cum uineis. uidelicet ſuneman. Gere. et leuna. quatuor urnas uini. ipſas IIII. urnas uini preſentando in torcular ſupradictum illa et eadem menſura ſicut eedem quatuor urne ſunt date ad ſiclum temporibus retroactis que dicitur hofmaze. Et predicto domino uolrico dicto ſchalhas Auguſtenſi prepoſito. et ſuis ſucceſſoribus et pretacto domino Volrico uillico de ſancta afra et illi qui prefuerint curie uillicali teneantur et debeant ipſi conductores et omnes ipſorum heredes dare omnia enxenia et facere omnia obſequia et omnia obſequia et omnia dierum opera. que in uulgari tagberch nominantur ſicut de ipſo manſo quondam perchtoldus de plattental. et perchtoldus de obererlach et ipſorum predeceſſor quondam hainricus dictus mueltelt. et alii coloni et conuicini ſui. qui in uulgari hauſgenozen appellantur conſueuerunt facere quod hoc faciant de manſo ſuperius nominato. Tali etiam pacto inter eos ibidem firmiter et expreſſe habito et conuento. quod ipſi conductores aut ipſorum heredes ipſorum ius quod habent in dicto manſo ipſis locato prout ſuperius eſt expreſſum non poſſint uendere uel aliqualiter alienare et cum unus antedictorum

conductorum de hoc ſeculo deceſſerit quod defuncti heredes. pro ſua parte dicti manſi debeant facere pactum ſeu conuencionem. cum dicto domino Volrico dicto ſchalhas et ſuis ſucceſſoribus procuratoribus domini Epiſcopi Auguſtenſis conſtitutis per ipſum dominum Epiſcopum in montanis. Promiſit quoque et conuenit prenominatus dominus uolricus dictus ſchalhas Auguſtenſis prepoſitus procurator et certus nuncius domini Friderici Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopi nomine procuratorio pro eodem domino Friderico venerabili Epiſcopo pro ſe quoque et omnibus ſuis ſucceſſoribus prenominatis perchtoldo heuzoni et domine alhaidi uxori quondam perchtoldi de obererlach et omnibus ipſorum heredibus antedictum manſum ipſis locatum. cum omnibus requiſicionibus in ipſum manſum pertinentibus perpetualiter defendere et expedire ab omni perſona impedimentum racione ſub pena dupli de eo quod res locata tunc ualet aut meliorata fuerit in futurum. Et reficere ſibi omnia dampna et expenſas que et quas fecerint aut ſuſtinuerint in curia uel extra curiam pro predicte locacionis defenſione ſub obligacione ſuorum et predicti Epiſcopatus bonorum omnium preſencium et futurorum. Et ſic ipſe dominus Volricus dictus ſchalhas procurator Eccleſie Auguſtenſis. dedit predictis conductoribus uerbum et licenciam predicte locacionis tenutam ingrediendi. Et de premiſſa locacione et ipſius locacionis pactis. petiuerunt. tam dominus locator quam conductores ſibi unius et eiuſdem tenoris fieri duo paria inſtrumenta. Et Ego Nicolaus de ſancto vito domini Alberti Romanorum Regis publicus Notarius interfui rogatus et ſcripſi.

CCCXVI.

Anno 1314. 18. Decembris. Saels.

Fridericus Romanorum rex Friderico ep. obligationes advocatiae Faucensis, ab Heinrico R. J. eidem factas, confirmat.

Fridericus dei gracia. Romanorum Rex ſemper Auguſtus. venerabili Friderico. Epiſcopo Eccleſie Auguſtenſis. Principi ſuo Dilecto graciam ſuam cum plenitudine omnis boni. Quoniam virtutum premia merentibus tribui conuenit et qui pocioribus ſeruiciis ſuis deuocionibus ſe fideliter excollunt. principali munificencia ſunt exhibenda. beneſicia pingwiora nos hac equitate permoti regalis excellencie lumina conſideracionis intuitu ſollicite diffundentes circa deuocionem qua fideliter Regno Romanorum obſequia frequenter exhibuiſti remuneracione digniſſima tamquam reipublice feruidus emulator tibi et Eccleſie tue preſentibus obligaciones et inpignoraciones Aduocacie Faucenſis cum omnibus ſuis pertinenciis ſicut ex parte diue recordacionis domini Heinrici Romanorum Imperatoris pro ſeruicio per te ſibi preſtito verſus partes ytalie facta fuit pro Quadringentis Marcis Argenti. cum omnibus formis modis et condicionibus ſuis confirmamus ratificamus et approbamus volentes eandem obligacionem ſicut tibi facta fuit ſecundum continenciam traditarum tibi ſuper hoc literarum inuiolabiliter perdurare. In quorum omnium euidenciam preſentes tibi et Eccleſie tue dedimus Sigilli noſtri munimine legittime roboratas. Datum in Saels. Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo Quarto decimo proxima feria Quarta poſt diem beate Lucie virginis. Regni vero noſtri Anno primo.

(C. S.)

CCCXVII.

Anno 1315. 3. Januarii. Augustae.

Heinricus et Wilhalmus Marscalci de Biberbach pronuntiantes, ſibi terminum ad reemandas poſseſsiones in Ashain, et advocatias in Althein et in Holzhain a Swiggero praeposito, Krophone decano totoque capitulo prolongatum eſse, ad omnia ſe obligant, quae in priori inſtrumento exprimuntur.

Nos Hainricus et Wilhalmus Marſcalci de Biberbach fratres notum facimus tenore preſencium vniuerſis quod ex quo honorandi viri domini Swiggerus prepoſitus. Kropho decanus Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis vt poſſeſſiones in Aſhain et Aduocacias in Althain et in Holzhain cum eorum attinenciis quas dictis dominis et Capitulo ſub contracto emptionis in diem vendidimus ſic vt ipſas reemere poſſemus vſque ad inicium Quadrageſime proxime venture prout in Inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur adhuc a Capite Ieiunii proxime venturi a data preſencium numerando et ab inde ad bienium continuum reemere juxta modum formam condiciones et pacta que in eodem priori Inſtrumento exprimuntur nobis conceſſerunt ex gracia ſpeciali promittimus et confitemur publice per preſentes quod nos et fideiuſſores noſtri qui in priori Inſtrumento exprimuntur videlicet domini Hermannus et Engeſcalcus de Rorbach fratres Awunculi noſtri. Remboto de Wal. Hainricus de Agenwanch. Volricus dictus Halder et Volricus de Stuolen predictis dominis et Capitulo obligati ſimus et aſtricti in omnibus Articulis et iuxta omnes modos condiciones et pacta que in priori Inſtrumento plenius exprimuntur. Et ad hoc eciam nos de nouo preſentibus obligamus. In quorum teſtimonium firmitatem et euidenciam preſentes dedimus noſtrorum et predictorum fideiuſſorum noſtrorum Sigillorum munimine roboratas. Nos vero Hermannus et Engelſcalcus de Rorbach fratres. Remboto de

Wal. Hainricus de Agenwanch confitemur nos predictis dominis et Capitulo obligatos et aſtrictos prout ſuperius eſt expreſſum et Sigilla noſtra preſentibus ex certa ſciencia appendiſſe. Nos vero Volricus dictus Halder et Volricus de Stulen quia propria Sigilla non habemus ad obſeruacionem omnium predictorum ſub Sigillis dominorum Marſcalcorum predictorum que preſentibus appenſa ſunt nos recognoſcimus et dicimus obligatos. Datum Auguſte. Anno domini M. CCC. XV. in Octaua ſancti Johannis Ewangeliſte.

CCCXVIII.

Anno 1315. 22. Februarii. Bozani.

Ulricus dictus Schalhas, procurator Friderici ep., mansum in Erlach Alberto fili Perchtoldi ex Cardaun presenti anno excolere permittit.

Sign. Notar. Anno domini Milleſimo CCC. XV. Indictione XIII. die Sabbati VIII. intrante Februarii bozani in Curia uillicali ad ſanctam afram bozani. in preſencia domini petri militis de bozano. domini Franciſci de Waenk. domini Volrici uillici de ſancta afra. domini ottonis. Notarii de bozano. abrahe ſchilherii de bozano. uellini et aeblini filiorum domini uolrici uillici de ſancta afra bozani. Ruobonis de Roentſch. Werenlini filii domini ottonis Notarii ſupradicti. alberti dicti manuegel. et teſtium aliorum. Cum hoc ſic Honorabilis uir dominus Volricus dictus ſchalhas. Auguſtenſis prepoſitus. certus nuncius et procurator domini Friderici Auguſtenſis Epiſcopi. proponeret et allegaret multas. offenſas. grauamina. et negligencias. quas dixit ſuſtinuiſſe et habuiſſe de domina Alhaide relicta quondam perchtoldi ex cerdaun. et ſuis pueris filiis et filiabus propter malam culturam manſi in Erlach. et inſufficientem ac negligentem et malam cuſtodiam uuarum et uini nati in manſo ad erlach ſuperius nominato. firmiter et ſerioſe propoſuerat ipſam dominam alheidem et ſuos pueros de

manſo ad erlach nominato ſuperius per omnia et finaliter remouere. ſed ipſe dominus uolricus dictus ſchalhas Auguſtenſis prepoſitus. victus multa precum inſtancia. quam dominus petrus miles de bozano. et dominus Franciſcus de Waenk. antedicto domino uolrico dicto ſchalhas Auguſtenſi prepoſito inſiſtere non ceſſabant. non locauit. ſed conſenſit et permiſit quod albertus filius quondam perchtoldi ex Cardaun. ſolummodo iſto preſenti anno excolat et excolere debeat manſum ad Erlach ſuperius nominatum bene et fideliter. ſicut facere debet bonus et prouidus cultor. et ex pacto ſpeciali albertus predictus debet et tenetur ſupradictum manſum iſto ſolummodo anno ſine uſufructibus iſtius anni in bona et prouida cultura habere. uidelicet in runcando. fodiendo. lotando. paſtinando. fangarizando. et alios quoſcunque labores qui ſpectant ad bonam culturam fideliter faciendo. et ſi ipſe albertus. unum ſolum que ad bonam culturam requiruntur obmiſerit conſideracione et eſtimacione duorum uel trium ſev quatuor honeſtorum uirorum ſiue fidelium et bonorum cultorum quos ad hoc dominus prepoſitus antedictus habet et debet eligere ſuo arbitrio. quod tunc ipſe albertus immediate ab omni ſuo iure ſi quod habet uel uiſus fuerat habere in manſo ſupradicto ad erlach penitus ſine allegacione aliqua ſit excluſus. Promiſerunt etiam ſupradicti dominus petrus miles de bozano. et dominus franciſcus de Waenk. nunquam plus rogare pro ipſo alberto. ſi iſto anno non fuerit bonus cultor. non faciendo ea. que ſuperius expreſſa. dando ipſe albertus ſupradicto domino prepoſito medietatem tocius uini quod naſcetur in Manſo ſuperius nominato. et alia ſeruicia conſueta. ſupradictus quoque dominus prepoſitus. ſe non conſtituit defenſorem alberti antedicti de manſo ad erlach ſupradicto. Promiſit etiam albertus ſuperius nominatus. unum quodlibet opus. quod ſpectat ad bonam culturam uinearum. et conuenit ſuo tempori bene et fideliter laborare ſicut faciunt boni et fideles cultores. et ſi ipſe albertus. aliquod opus obmiſerit uel male laborauerit quod faciendum et laborandum fuerit ſuo tempore conſideracione ſapientum uirorum quos ad hoc dominus Volricus ſchalhas Auguſtenſis prepoſitus habet et debet eligere ſicut ſuperius eſt expreſſum. quod ſtatim

a manſo Erlach. et ab omni ſuo iure racione et accione. ſi quam habere uidetur uel habet penitus et ſtatim per omnia ſit excluſus. die etiam predicto. loco et coram teſtibus prenotatis. domina alhaidis mater alberti ſupradicti. et eius filie agnes et maetza. et ipſa domina alhaidis uxor quondam perchtoldi de erlach. pro ſe et ſua filia hailka abſente et ſuo filio Rueblino preſente. et omnibus ſuis heredibus dederunt et aſſignauerunt alberto predicto. omnia ipſorum iura. raciones et acciones. quod et quas ullo modo habere uidebantur in manſo Erlach. Renunciauit antedicta domina alhaidis pro ſe et ſua filia hailka et ſuo filio Rueblino et cum ipſa ſue filie antedicte. omnibus excepcionibus defenſionibus et occaſionibus. quibus premiſſam ſuorum iurium reſignacionem poſſent modo aliquo reuocare. Et Ego Nicolaus de ſancto vito domini alberti Romanorum Regis publicus Notarius interfui rogatus et ſcripſi.

CCCXIX.

Anno 1315. 18. Augusti.

Helenhart von Früſtingen verkauft all ſein Gut daſelbſt an ſeinen Herrn den Biſchof Friedrich um 60 Pfund Augsb. Pfg.

Ich Helenhart von Früſtingen vergich offenlichen an diſem minem Brief. Daz ich allez min Guot ze Früſtingen. in dem Dorfe ein Burchſtal, ein Hofſtat vnd einen Garten der darzuo gehort, mit dem Kirchenſatz daſelben veberal, minem Herrn Biſchof Friderich vnd ſinem Goteshous ze Aufpurch geben vnd verkauft han, mit aller miner Friunde vnd Erben Rât, guonſt vnd wizzent, vm Sehtzig phunt gebir Aufpurger phenninge, der ich von Im gar vnd gentzlich beriht bin vnd och ſie an minen Nutz geleit vnd gewant han da ich ſin aller beſte bedorft. Ich vergihe och mer, daz ich Im gelobt han, daz ich deſſelben Guotes vnd der vogtay, div lehen iſt von dem Herzogen von Oſterich, getrwer trager

bin vnd ez fürbaz, den Erbern Luten. Walther. Knoden Hollen ſinem Sun dem Kayſer. Ch. ſinem Sun Heinrich dem Hunger. Ch. vnd Volrich dezſelben Sunen. Heinrich dem Faber. Heinrich Chrütelin. Hainrich dem Beken vnd Hoernlin dem Flaiſchekel Burgern ze Dilingen verlihen han, daz ſi derſelben Vogtay Minem vorgenanten Herren vnd ſinan nachkomen, getriwe trager ſülent sin als lange biz daz er ſi ledik mak gemachen von dem von Oſterich. Daz Im daz Stet vnd vnzerbrochen belib, dez gib ich Im diſen Brief geueſtent vnd verinſigelt mit minen Inſigel daz daran hanget. Do daz geſchach do zalt man von Criſtes gebürt Driuzehen Hundert Jar vnd fünfzehen Jar an dem nehſtin Tag, nach dem ahtunden tag Sant Laurentzin.

CCCXX.

Anno 1315. 21. Octobris.

Coram judicibus curiae Aug. Liutpoldus dictus Salher civis August. capitulo majoris ecclesiae Aug. curiam in Gablungen pro quatuor libris denar. Aug. renuntiat.

Nos Judices Curie Auguſtenſis. in Communem omnium noticiam deducimus per preſentes quod Anno incarnacionis dominice. Milleſimo. CCC. XV. XII. Kalendas. Novembris. Conſtitutus in preſencia noſtra ſub figura iudicii. diſcretus vir Liupoldus. dictus ſalher. Ciuis Auguſtenſis. ſponte confeſſus eſt et publice recognouit quod ipſe errore ductus litem ſeu cauſam quam hubuit cum Capitulo. Maioris Eccleſie Auguſtenſis. ſuper Curia ſita in Gablungen. cum ſuis Attinenciis quam colit. Cvonradus. dictus Niwenmaier fouerat et mouerat minus iuſte. et Ideo ad conſcienciam reuerſus ipſe cauſe et liti libere ceſſit eique ad manus noſtras renunciauit ſpontanea voluntate aſſerens et recognoſcens predictam Curiam cum ſuis Attinenciis uniuerſis iure proprietatis ſeu dominii vel quaſi pertinere Capitulo prenotato. Inſuper ſiquid iuris vel queſtionis ipſi Liupoldo in eadem Curia conpeteret vel

conpetere poſſet quouis titulo cauſa ſeu modo donauit ceſſit tradidit et aſſignauit libere predicto Capitulo in Anime ſue remedium et leuamen receptis a dicto Capitulo quatuor libris denariorum Auguſtenſium quas ſibi tradidit numeratas ex quadam gracia ſpeciali ob releuacionem expenſarum quas idem Liupoldus in lite ſuſtinuit ſupradicta promiſit eciam ipſe Liupoldus omnia predicta ſe rata et firma tenere perpetuo et nunquam contravenire ſuper quo corporale preſtitit ſacramentum. In quorum omnium firmitatem teſtimonium et euidenciam preſentes dedimus ad peticionem et inſtanciam Capituli Auguſtenſis et liupoldi ſalher. predictorum Sigilli noſtri munimine roboratas. Huius rei teſtes ſunt. Honorandi viri domini Hainricus de Beringen. Fridericus de ſnaiten. Canonici Auguſtenſes. Magiſtri. Volricus dictus Hofmaier Judex. Hainricus. durink. Cvonradus. Zolner. Cvonradus tabellio dictus Blido. et alii quam plures fide digni. Datum et Actum. Auguſte. Anno et die prenotatis.

CCCXXI.

Anno 1316. 29. Aprilis.

Berhta abbatissa et conventus monasterii in Hohenwart pro ecclesia parochiali in Serhouenhusen procurante capitulo Aug. per episcopum Aug. Fridericum monasterio ſuo incorporata, dicto capitulo jus patronatus ecclesiae in Taytingen conſentiente jam nominato episcopo tradunt.

In Nomine domini Amen. Ad certitudinem preſentium et memoriam futurorum. Nos. Berhta. Abbatiſſa et Conuentus Sanctimonialium Monaſterii in Hohenwart in communem omnium noticiam deducimus per preſentes quod attendentes et diligenti Conſideracione intuentes quod in Officiis karitatis illis primo loco tenemur obnoxii ab quibus noſcimus Beneficia recepiſſe. Cum Honorabiles viri Domini. S. prepoſitus. K. Decanus Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis noſtre inopie conpaciendo con-

ſenſerint procurauerint et ordinarint quod Eccleſia Parrochialis in Serhouenhuſen Auguſtenſis Dyoceſis noſtro Monaſterio et Menſe noſtre pro Releuatione paupertatis noſtre eo quod poſſeſſiones noſtre exigue fuerint et minute de quibus non poteramus comode ſuſtentari per Reuerendum patrem. Dominum. Fridericum. Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopum et de eius Auctoritate incorporata fuerit et vnita. volentes ipſorum liberalitati et largitati quam nobis in facto huiuſmodi oſtenderunt aliquali Retribucione prout potuimus reſpondere premiſſo tractatu conmuni et prehabita deliberacione diligenti accedente sollempnitate que in talibus requiritur tam ex conſwetudine quam ex jure interueniente eciam auctoritate et voluntate. Reuerendi Patris. Domini. F. Epiſcopi ſupradicti Juſpatronatus Eccleſie noſtre in Taytingen nobis ab antiquo pertinens de omnium noſtrum voto vnanimi et conſenſu predictis Dominis Prepoſito. Decano et Capitulo Auguſtenſi donauimus et tradidimus. Ipſumque Jus patronatus in ipſos tranſtulimus et tranſferimus per preſentes. Nos vero. F. dei gratia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis predictam donacionem et tranſlacionem Juris patronatus prenotati approbantes et auctoritate ordinaria confirmantes predictam Eccleſiam Parrochialem in Taytingen cum omnibus ſuis Juribus et pertinentiis Menſe Capituli noſtri Auguſtenſis incorporauimus et vniuimus incorporamus et vnimus preſencium per tenorem. Saluo tamen iure volrici dicti Schalhas nunc ipſius Eccleſie Taytingen. Rectoris cui ex donacione et Corporacione eiuſdem Eccleſie prout ſuperius eſt expreſſum nullum in vita ſua volumus preiudicium generari. In quorum omnium teſtimonium et euidenciam et perpetuam firmitatem. nos. abbatiſſa et Conuentus Monaſterii in Hohenwart predicti preſentes dedimus Sigillorum noſtrorum Munimine Roboratas. Nos eciam. F. Epiſcopus Auguſtenſis predictus in teſtimonium et euidenciam auctoriſacionis noſtre et incorporacionis dicte Eccleſie Capitulo noſtro factam Sigillum noſtrum preſentibus duximus ex certa ſcientia appendendum. Datum. Anno domini M. CCC. XVI. Feria V. poſt diem Beati Marcii.

Conf. Mon. Boica XVII, 110. 112.

(C. 3. S.)

CCCXXII.

Anno 1316. 9. Julii.

Biſchof Fridrich erlaubt, dass Hille Heinrich des jüngern von Augsburg Tochter ſich mit dem erbern Ritter Ul. in dem Hof, der aigen ist Hermanns des Speten, seines Bruders, verehelichen könne unter der Bedingung, dass ihre Kinder gleichheitlig getheilt werden.

Wir Friderich von Gotes gnaden Biſchof von Auſpürg veriehen offenlichen an diſem vnſerm Briefe, daz wir vnſern guoten willen vnd vnſer gvnſt, darzvo frilich verlihen vnd geben haben daz diu Erber Frawe, Frawe hille. Hainrichs tohter, dez Juengern von Auſpurg, div vnſer vnd vnſers Goteſhus aygen iſt, mit dem Erbern Ritter. vol. in dem Hof, der aygen iſt dez Edeln Mannes. Hermans. dez Speten von vaymingen, vnſers lieben Bruders, ze der E grifen moege, als Sitlich vnd gewonlich iſt, Doch mit Sogtaner beſchaydenhait, ſwaz Kinde Si mit anander habent vnd gewinnent daz diu gelich getaylt werden, ain tayl vns vnd vnſerm Goteſhus, daz ander tayl, vnſerm vorgenanten bruoder und Sinen Erben. Daz daz alſo Stet vnd vnuergezzen blibe, dez geben wir diſen brief, geueſtent vnd uerſigelt mit vnſerm Inſigel, daz daran hanget, do daz geſchach, do zalt man von Criſtes geburt Driutzehenhundert iar darnach in dem Sehtzehendem iar vor Sant margeretun tag an dem nehſten Fritag.

(C. S.)

CCCXXIII.

Anno 1316. 14. Septembris. Augustae.

Wolframus cellerarius eccl. Aug. duas curias in Obernmuetingen Swiggero de Mindelberg praeposito, Kropſoni decano totique capitulo Aug. pro anniverſariis celebrandis aſsignat.

In nomine domini Amen. Quoniam pietatis eſt eximie necnon ſalubris cogitatio pro defunctis exorare cultumque dominicum et decorem domus dei deuotis Largitionibus Augmentare quod eo ſpirante qui ſpirat vbi wlt deuote recogitans. Ego magiſter Wolframmus. Cellerarius Auguſtenſis Eccleſie ſignifico ſingulis et vniuerſis qui ſua crediderint intereſſe quod ſana mente fretus et deliberatione diligenti prehabita viris honorabilibus dominis Swiggero de Mindelberch. Prepeſito. Crophoni Decano totique Capitulo Eccleſie Auguſtenſis dono trado pleno iure proprietatis ſeu dominii. Duas Curias meas ſitas in Obernmuetingen quarum vnam Cunradus dictus Oſtermaier colit et inhabitat reliquam Fridericus de Obernmuetingen cum omnibus iuribus ſeruitutibus et pertinenciis earumdem quocumque nomine cenſeantur quarum Curiarum redditus ad quinque libras minus duobus ſolidis denariorum Auguſtenſium dominicalium que wlgariter dicuntur Herrengelt eſtimantur libere tenendas et pacifice poſſidendas. Dans eis plenam et liberam poteſtatem de predictis bonis ſeu poſſeſſionibus ordinandi faciendi ſeu diſponendi ſicut vtilitatibus ſuis viderint expedire volens quod exnunc prout extunc ipſa donatio ſit perfecta poſtquam ciuiliter uel naturaliter me mori contingat. Ratione quoque predictarum poſſeſſionum Capitulum prenotatum in Anniuerſariis et quolibet eorum domini Friderici de Zoler quondam Auguſtenſis Eccleſie Prepoſiti. Hainrici quondam Cuſtodis germani mei et meo ſollempniter peragendorum in ſero cum maiori vigilia de mane cum minori necnon miſſa pro defunctis

due libre tantum preſentibus diuidantur more tam ſolito quam conſweto ſed in feſto ſancte Katerine. Sex ſolidi preſentibus diuidantur. In quorum omnium euidentiam preſentes conſcribi feci. Sigillis Judicum Auguſtenſis Curie et meo legittime roboratas. Nos Judices Auguſtenſis Curie recognoſſimus per preſentes quod omnibus premiſſis interfuimus rogati. Sigillumque noſtrum preſentibus appoſuimus in teſtimonium et euidentiam omnium premiſſorum. Datum Auguſte. Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo. Sextodecimo in die exaltacionis ſancte Crucis.

CCCXXIV.

Anno 1316. 26. Novembris. Augustae.

Swiggeri de Mindelberg praepoſiti, Kropſonis decani, totiusque capituli eccl. Aug. ſtatutum de electione vicariorum.

Innoteſcat vniuerſis qui ſua crediderint intereſſe. Quod nos Swiggerus de Mindelberch Prepoſitus. Kropho. Decanus totumque Capitulum Auguſtenſis Eccleſie convenientibus in Capitulo noſtro ſingulis et vniuerſis qui voluerunt et potuerunt intereſſe termino ſuper hoc legittime conſtituto de conſenſu quoque pariter et Auctoritate. Reuerendi in Chriſto patris et domini noſtri domini Friderici venerabilis Epiſcopi Eccleſie tractatibus inter nos habitis ſolicite penſantes euidentem vtilitatem ex infraſcriptis veriſimiliter prouenire nobis et Eccleſie memorate ſingulis etiam ſolempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de conſwetudine quam de iure. Statuimus et ordinamus quod ob faciliorem concordiam et celeriorem expedicionem quandocumque vicaria Chori noſtri uacauerit quocumque nomine cenſeatur ad prouidendum de ſucceſſore. Duo Sacerdotes duo Dyaconi necnon duo Subdyaconi per eos qui ſunt in predictis ordinibus conſtituti deputentur et aſſummantur ita quod incipiatur a ſenioribus eorumdem ordinum et poſtea deputentur iuniores alia uice cum de vicario

fuerit prouidendum et ſic alternis vicibus ad infimum ſecundum ordinem quem conſweuerunt in electionibus obſeruare procedatur et cum vltimi fuerint ad hoc aſſumpti denuo reincipiatur a primis et iſti Sex plenam et liberam haheant poteſtatem per Juramentum et in animam ſuam eidem Eccleſie de vicario prouidendi ſic quod de perſonis que fuerint in Capitulo nominate non racione priuate peticionis cum nullus Canonicorum pro quoquam debeat ſpecialiter petere uel etiam laborare talem aſſumant quem Eccleſie melius uiderint expedire talis etiam habeatur ſine contradictione pro vicario quem predicti Sex communiter uel maior pars eorum duxerint aſſumendum. Statutum quoque predictum inter cetera iurata ſtatuta Capituli reponatur et perpetuo plenius obſeruetur. In quorum omnium euidentiam preſentes conſcribi fecimus ipſasque Sigillis. Reuerendi patris et domini noſtri domini Friderici Epiſcopi prenotati necnon noſtro fecimus legittime roborari. Nos Fridericus dei gratia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis omnibus premiſſis conſentimus et Auctoritatem prebemus Sigillumque noſtrum in euidentiam ratificationis et approbationis preſentibus duximus appendendum. Datum Auguſte. Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Sextodecimo feria Sexta poſt diem ſancte Katerine.

CCCXXV.

Anno 1316. Augustae.

Conſentiente capitulo ecclesiae Aug. Ulricus de Bochsperg altare novum in dicta ecclesia erigit et fundat.

In Nomine domini Amen. Ad certitudinem preſencium et memoriam futurorum., Nos Swiggerus prepoſitus. Kropho Decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis. Scire cupimus vniuerſis quod in noſtro more ſolito ad Campane ſonitum congregati. Premiſſo ſuper infraſcripto negocio communi tractatu et deliberacione prehabita diligenti. Honeſti viri. Volrici. de Bochſperch et Wilbirgis vxoris ſue deuotis precibus inclinati eorumque ſancto

propoſitò pio voto iuſtoque in hac parte deſiderio fauorabiliter annuentes. De omnium noſtrum voluntate vnanimi et conſenſu. Conceſſimus et concedimus per preſentes quod idem Volricus. Bochſperger et vxor ſua in Eccleſia noſtra maiori Auguſtenſi ex auctoritate. noſtra ad dei laudem et diuini cultus Augmentum altare nouum ponere conſtruere erigere valeant et fundare. Ita tamen quod ipſe volricus et vxor ſua eidem altari de dote congruenti. prouideant vnus Miniſter ſeu Sacerdos ad officium in ipſo peragendum deputandus ſeu preſentandus et inſtituendus poſſit comode ſuſtentari. Predictus vero. Volricus. Bochſperger et vxor ſua pro dote eiuſdem altaris fundando exnunc deputauerunt tradiderunt et donauerunt Curiam ſuam cum ſuis attinenciis et Redditibus vniuerſis ſitam Hattenhouen. quam modo colit.. dictus Helcher que Curia annuatim ſoluit et ſoluere debet quinque cum dimidio modios Siliginis. vnum modium frumenti dicti Waiſſen et duas libras denariorum Auguſtenſium. Tali condicione et pacto adiectis quod Redditus annone predicte cedant et obueniant Sacerdoti qui ad officiandum ipſum altare deputabitur pro prebenda. Redditus vero vnius libre denariorum predicte Curie Sacerdos ipſius altaris. qui pro tempore fuerit dare debet Capitulo noſtro pro diſtribucione. ſeu preſencia. in ipſius. vlrici. patris et matris. anniuerſariis in noſtra Eccleſia celebrandis. Redditus vero alterius libre de eadem Curia ſoluende voluit ipſe Volricus. pro tempore vite ſue ad ſuos vſus retinere. Ita tamen quod ſibi liceat in vita ſua de ipſa diſponere ad ſue placitum voluntatis. Poſt mortem vero ſuam vel vxoris ſue quecumque prius interueniat voluit quod illa libra cederet Capitulo noſtro diſtribuenda pro preſencia in anniuerſariis ſui et vxoris ſue celebrandis. Inſuper ſtatuimus et ordinamus quod Sacerdos ad ipſum nouum altare inſtituendus. debeat eſſe ſacerdos vel talis qui poſſit infra vnius anni ſpacium a tempore ſue inſtitutionis in preſbiterum ordinari. et quod medio tempore procuret. per alium ſacerdotem in ipſo Altari more ſolito celebrari. Et quod idem ſacerdos debeat eſſe vicarius et Socius chori et ei in diuinis officijs. vt ceteri vicarii deſeruire. Cui etiam volumus diſtribuciones cottidianas que preſencie dicuntur ſicut aliis vicariis

miniſtrari. Statuimus eciam et concedimus. quod nunc et per tempora vite ſue predictus. volricus. Bochſperger. debeat ad ipſum altare vicarium preſentare. Poſt obitum vero ſuum preſentacio eiuſdem vicarii ad commune Capitulum pertinebit. Ita tamen quod infra. quatuordecim dies poſtquam vacare ceperit ipſum altare vicario prouideatur per Capitulum. de perſona ydonea et diſcreta. In quorum teſtimonium et euidenciam preſentes dedimus. Sigillo noſtri Capituli fideliter roboratas. Datum et Actum Auguſte in Capitulo noſtro. Anno domini. Milleſimo Tricenteſimo ſexto decimo.

CCCXXVI.

Anno 1317. 7. Februarii. Augustae.

Coram judicibus curiae Aug. Grimoldus de Roechlingen ſenior promittit, capitulum eccleſiae Aug. in poſseſsionibus apud Phaffencelle etc. de cetero non impedire.

Nos.. Judices Curie Aug. notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis. Quod conſtitutus in preſencia noſtra ſub figura Judicii. Grimoldus de Roechlingen ſenior promiſit ad manus noſtras. Quod Honorabiles viros dominos.. Prepoſitum.. Decanum Totumque Capitulum Eccleſie Aug. in poſſeſſionibus ſuis apud Phaffencelle non impediat de cetero vel perturbet quominus poſſint ibidem inſtituere et deſtituere colonos. Et de eis diſponere ad eorum placitum voluntatis. Hoc idem promiſit ſimiliter de omnibus Poſſeſſionibus Capituli predicti. ſub eius poteſtate ſituatis ſe facturum. Saluo tamen ſibi Jure Aduocaticio et iudicandi in eiſdem poſſeſſionibus ſecundum conſwetudinem retroacti temporis ſicut aſſerit competenti. Promiſit eciam idem Grimoldus. predicto Capitulo conſtituere fideiuſſores ſuos dictum Gazzenmaier de Aynlingen et Chunradem. dictum Wirt de Roechlingen ſuper predictis omnibus obſeruandis. Et quod ipſi fideiuſſores iſtud coram

nobis confiteantur in iure infra dies Quindecim proximos a data preſencium numerando. Teſtes ſunt dominus. Kropho. Decanus Eccleſie Aug. Volricus Decanus in Roechlingen. Magiſter Chunr. Zolner. Hainricus. dictus Taytenwiſer et alii plurimi fide digni. In quorum teſtimonium et firmitatem ad peticionem predicti Grimoldi preſentes dedimus et ſcribi fecimus noſtri et ipſius Grimoldi necnon Wolphardi filii ſui. Rectoris Eccleſie in Laugingen Sigillorum munimine roboratas. Datum Aug. Anno domini M. CCC. Septimo. Decimo. Septimo Idus Februarii.

CCCXXVII.

Anno 1317. 24. Februarii.

Heinrich der Marſchalch von Rechberg verkauft alle ſeine Rechte an einem Gute zu Holtzhain an das Kloster Vultenbach um 8 Pfund Haller.

In Gotes namen Amen. Wir Hainrich der Marſchalch von Rechberch vnd min wirtin Margareth vnd darzvo alle vnſer herben; baidiv jung vnd alt, Tuegen kunt allen den die diſen brief leſent, horent oder ſechent leſen, Daz wir mit guotem ravte vnd mit guter betrachtunge aller vnſer friwnd, habin geben allez vnſer recht, daz wir habin vnd wantin daz wir hetin, an dem guote daz lite ze Holtzhain, daz Volrich der Bairſchmid da buowet, daz iſt gehaiſſen daz Schmidlehen vnt die fogtay die wir haben ſolten vnd och heten, die haben wir gegeben dem Abte vnd dem Conuente vnd dem Cloſter datz wltenbach, Beſuochtes vnd vnbeſuchtes, ze Holtze vnd ze felde, ze dorfe, vnd ze Strazze vnd ſwie wirs habin gehept vnd herbracht, alſo haben wirs dem Cloſter geben vnd darvnme ſo havt vns der Abt von wltenbach, Hainrich dem Marſchalk von Rechberch vnd ſiner wirtin Margaretun vnd allen ſinen herben, geben Acht phvnt haller, Daz div ſache vnd der kauf ſtete vnd vncerbrochen blibe vnd vnſergezzen, dez haben wir geben diſen brief dem apte vnd dem Conuent

vnd dem Cloſter ze wltenbach ferſigelt mit vnſerm Inſigel Marſchalch Hainriches von Rechberch daz daran hanget vnd mit Hern Hartmans von Burgawe Inſigel daz auch daran hanget. Diſer rede vnd der ſache vnd dez kaufes, ſint geziuge, Her Hartman von Burgawe, Her Johans von Waltkirch, Cvonrat der Truchſezze, Herman von Scheppach, Volrich von Scheppach, Bernolt der Gyger vnd ander genuoge die da bi waren. Da der brief gegeben wart da waz von Criſtez gebuert, Tuſent iar. Driv hvndert iar vnd in dem Sibentzehenden iar an ſant Mathias Dach.

CCCXXVIII.

Anno 1317. 23. Aprilis. Auspurch.

Ortlieb von Mezzenhuſen vergleicht ſich mit dem Kapitel zu Augsburg um das Geld zu Totenrieht, das er demſelben eines Jahres genommen hat.

Ich. Ortlieb. von Mezzenhuſen vergich ofenlich an diſem brief vnd tuon kuont allen den die in leſent oder horent leſen, daz ich vmb ſolichen krieg den min herren daz Capitel von dem Chor ze Auſpurch gegen mir furten vnd heten vmb ir gelt datz Totenrieht daz ich in aines Jars genomen het, bin mit in nach frumer lieut rât friuendlich beriht vnd verſchaiden, alſo daz ich in fur iren ſchaden, den ſi von mir an dem vorgenantem gelt hant enphangen, geben ſol achzehen ſcheffel Habern vnd tri ſcheffel Roggen vnd ſol ſi des Korens gewerd han in ſiben Jaren die nu ſchierſt nach anander koment, alſo daz ich ſi ieſchliches Jars gewer trier ſcheffel des vorgeſcriben korens vf ſant Michels tag vnd ſol in auch geben zewai phunt Muncher phenning vnd ſiben ſchilling, der ſol ich ſi gewerd han in vier Jaren die nu ſchierſt koment, alſo daz ich ze ieſchlichen in den vier Jaren in inantwort daz viertal der vorgenanten phenning, vf daz vorgeſcriben zil, da hinder verbind ich mich vnd gehais ez ze laiſten bi minen triwen an alle geverd vnd han darveber den vorgenanten

Herren ze borgen geſezet zu mir vnverſchaidenlich, Gerharden von Wezzeſzel vnd minen bropſt datz Teſingen mit ſogentaner beſchaidenhait, geb ich dez korens niht vf diu vorgenanten zil, ſwen ſi darnach miner Herren von dem Chor bot da manet ſo ſunt ſi in inantwrten guotiu phant, darvf ſi wol gewinnen daz koren vnd die phenning vnd daz in daz ſtaet belib vnd vnzebrochen gib ich in diſen brief verveſtent vnd verſigelt mit minem Inſigel daz daran hangent, Vnd wir. Gerhard von Wezzeſzel vnd der Brobſt von Taeſſingen wan wir niht aiger Inſigel haben verbinden vns vnder vnſers Herren Inſigel von Mezzeſhulen ze halten vnd ze laiſten ſwas an diſem brief ſtat, as ver als es vs betrift. Daz iſt geſchriben ze Auſpurch da man zalt von Criſtes geburt Triuzehenhundert Jar vnd in dem Sibenzehend Jar an ſant Georins tag.

(C. S.)

CCCXXIX.

Anno 1317. 8. Maii.

Mit Einwilligung Hainrichs Marſchalks von Bappenheim verkauſt Frau Hiltrut drei Juchart Ackers in dem Eſche zu Holzhaim der Schwester Adelheit in dem Kl. Fultenbach.

In gotes namen Amen. Ich Hainrich der Marſchalch von Bappenhain vergihe vnd tuon kunt allen den die diſen Brief anſehent leſent oder hoerent leſen, Daz frowe Hiltrut phaffe weigenlins tohter, Frideriches ſeiligen wirtin von Holtzhain waren drie Juchart akkers, die ſiv von mir ze lehen havt gehept, die gelegen ſint in dem Eſche ze Holzhain vor vnd her bis nu. Derſelben aekker iſt geweſen trager der erber Ritter Her Volrich der Halder von Biberbach, der vorgenanter Hiltrut. in Triwes Hant vor vnd her bis nu. Swaz nu div vorgeſchriben Hiltrut an den vorgenanten Aekkern rehtes het oder iach daz ſiv vnd ir erben alle. vnd ir trager Her Volrich der vorgenante rehtez haben ſolten, das

ſelbe reht havt ſiv vnd alle ir erben vnd ir trager, Her Volrich der Halder, der derſelben Aekker trager waz, verzigen vnd vf geben, Dieſelben aekker drie Juchart, die havt Sweſter Adelhait, Cuonratez tohter dez Stubers genant von Walpach kaufet ze ire libe vnd dem Gotzhuſe ze Fultenbach ze rehtem aigen iemer mer, vmbe die vorgenanten Hiltrut vnd ir erben vnd vmb her Volrich den Halder, der ir trager waz derſelben aekker. vmbe ſehs phunt phenniuge nivwer auſpurger, mit minem willen vnd gunſt vnd mit miner hant vnd mit willen aller miner erbun. baidiv iunch vnd alt mit ſelcher beſchaidenhait. daz ſiv alliv Jare davon ſol dem Cloſter ze fultenbach geben ze zinſe ainen auſpurger phenninch. Der vergich ich Marſchalch Hainrich von Bappenhain, der vorgenante vnd alle min erben. baidiv Junch vnd alt, daz daz war iſt, ſwaz an diſem brief geſchriben ſtaut, vor vnd nach. Nu merchent me. div vorgenante ſweſter adelhait, div ſi ain nunne in ainem Cloſter oder ain Pegin oder ſwie ir leben iſt geſtalt, ſo ſol ſiv doch die vorbenempten ackker han vnd niezzen die wile ſiv lebt ane alle widerrede, die enſol der Abpt, noch der Conuente oder ſwer phleger, ze fultenbach iſt, nit irren an dem genanten aekkern, die wile ſiv lebt, waer aber daz der apt oder ſwer phleger, ze fultenbach iſt oder der Conuente dezſelben Cloſters, die vorgeſchribenne Adelhait irtin oder irren wolten an den vorgenanten aekkern, ſo ſol ſiv daz reht havn, daz ſiv dieſelben aekker verkauffe, zwain liben nach irem libe, da ſol ſie niemen an irren vnd die libe. die da kaufent vnd ſol den kauf darvmbe tuon, daz ſiv ainen ſchirmer vnd ainen helfer gewinne veber die aekker. Swenne och die drie libe tot ſint, ſo ſuln die vorgenanten aekker an daz vorgenant Cloſter vallen, an alle widerrede. Iſt aber, daz der apt oder ſwer phleger iſt ze fultenbach vnd der Conuente die benempten Adelhait nit irten, an den aekkern vnd ir kain lait daran tuont vnd ſie ſchierment, ſo havt ſiv kain reht ze verkofende, wan ſwen ſiv nit iſt, ſo ſuln die aekker hoeren vnd vallen an daz Cloſter ze fultenbach, ane allen kriech vnd widerrede, Vnd daz daz alles, daz an diſem brief geſtavt. der diche benempten Adelhait, gantz, ſteite vnd vnzerbrochen belibe, darvber vnd darvmbe, gib ich Marſchalch,

dotium ſuarum vel donationis propter nuptias vel alia cauſa quacumque idem ius totum ipſi emptori pro ſe et heredibus ſuis pacto remittens et promittens ſtipulanti predicta omnia et ſingula firma grata et rata habere et tenere nec contrafacere vel venire per ſe vel alium aliqua racione cauſa vel ingenio de iure vel de facto. Et de hiis omnibus obſeruandis corporale preſtitit Juramentum. Hec omnia et ſingula promitto pro me et heredibus meis inuiolabiliter obſeruare et firma et rata perpetuo tenere et adimplere nec contrafacere ſub pena dupli eſtimationis rerum venditarum habita racione meliorationis que pro tempore fuerit. Stipulatione in ſingulis et pro ſingulis Capitulis in ſolidum promiſſa que tociens committatur exigi poſſit in ſingulis Capitulis. ſeu articulis quotiens contrafactum fuerit qua etiam pena ſoluta vel non. Rata maneant omnia ſupradicta. Et pro omnibus et ſingulis Capitulis iſtius contractus obſeruandis et adimplendis obligo dicto Emptori et eius heredibus omnia bona mea mobilia et inmobilia preſentia et futura. Et nichilominus pro pleniſſima ſecuritate omnium ſingulorum predictorum. Conſtituit eidem Emptori pro ſe et heredibus ſuis et preſentibus conſtituo vnà mecum in ſolidum pro principalibus reis et debitoribus Chvonradum dictum Wirſunch fratrem meum Renhardum generum meum Chvonradum dictum Prieſter. Hermannum dictum Stuemmeler. Sifridum dictum Alperſhouer et Hainricum filium dicti Eggelhouer. Colonos in Bobingen qui omnes et ſinguli vniuerſa in hoc inſtrumento contenta obſeruare facere et adimplere tamquam principales mecum huius contractus rei ſollempniter et quilibet eorum ſingulariter promiſerunt in omnibus et ſingulis Capitulis. ſeu articulis ipſius contractus ſub forma modo pactis et pena ſuperius annotatis. Et de hoc etiam certiorati. Renuntiauerunt ſcienter et ſponte priuilegio fori beneficio epiſtoli diui Adriani nouarum conſtitutionum et omni alio auxilio iuris Canonici et Ciuilis quod eis contra premiſſa poſſet aliquo modo ſuffragari volentes et conſentientes quod dictus Emptor et eius heredes non obſtantibus prefatis beneficiis iuribus et conſtitutionibus poſſit quem vel quos voluerit ex ipſis reis pro tota obligatione et ſingulis Capitulis preſentis contractus ſi contrauentum fuerit

conuenire et quod non liceat eis nec alicui ex ipſis. Excipere et dicere quod vnuſquiſque ex eis pro ſua virili portione debeat conuenire vel quod inter eos actio diuidatur. Nec poſtulare poſſint quod principalis reus ſeu venditor primo diſcutiatur etiam ſi preſens fuerit et ſoluendo vel quod non in ſolidum ſed pro parte debeant conueniri. Et quod emptor et eius heredes ipſos et quemlibet eorum et quem vel quos ex eis maluerit poſſint coram Eccleſiaſtico Judicio conuenire. Et nichilominus ſi caſus aliquis occurrat in quo ſepedictus emptor aut eius heredes ſuper rebus venditis inpetantur omnes preſcripti rei vel quicumque ex eis per ipſum emptorem vel eius heredes ad hoc requiſiti fuerint ſe in obſtagium in Ciuitate Auguſtenſi recipere teneantur faciendo ibidem conmeſſationes more ſolito ſine fraude apud communem hoſpitatorem et non exeundo quouſque articulus ſuper quo ad ipſum obſtagium ſeruandum ſunt moniti plenius diſbrigetur. Preterea ſi aliquis vel aliqui ex dictis perſonis qui ſe mecum principales reos ad predicta conſtituerunt diem quod abſit claudant extremum promitto alium vel alios equiualentes in locum eorum ſubſtituere poſtquam ad hoc faciendum monitus fuero infra menſem quod ſi non fecero ſuperſtites rei omnes vel quicumque ex eis ad hoc moniti fuerint ſe in obſtagium recipient per modum iam notatum. In quorum omnium firmitatem teſtimonium et euidentiam preſens feci fieri Inſtrumentum et vrelibato emptori aſſingnari. Sigillo Autentico honorabilium dominorum Judicum Curie Auguſtenſis fideliter conmunitum. Nos vero Judices Curie Auguſtenſis dicimus recognoſcimus et confitemur quod ad inſtantem peticionem predictorum Hainrici dicti Wirſunch et Adelhaydis vxoris ſue ac prefatarum perſonarum ſupra expreſſarum qui ſe cum dicto Hainrico wirſunch principales reos conſtituerunt omnia et ſingula predicta coram nobis in figura Judicii ſub omni forma modo pactis et pena ſuperius Annotatis ſponte et ſcienter confitentium et per fidem preſtitam ſeruare et adimplere promittentium predicta vxore nichilominus. Juramentum corporale preſtante prout ſuperius eſt expreſſum preſente Emptore ſepefato. Sigillum noſtrum preſentibus ex certa ſcientia appendi fecimus in robur et teſtimonium omnium premiſſorum. Teſtes ſunt domini

et Magiſtri Arnoldus plebanus. Wolframus. Cellerarius. Sifridus Marſcalcus de Oberndorf maioris. Magiſter Chvonradus dictus Zolner ſancti mauricii Auguſtenſium Eccleſiarum Canonici. Hainricus dictus Koedelliin ſcolaris predicti magiſtri Chvonradi. Hainricus dictus Span. piſtor et Ludwicus dictus Riegge de Erringen. Ciues Auguſtenſes et alii plurimi fide dingni. Datum et Actum Auguſte. Anno domini. Milleſimo. Trecenteſimo viceſimo vndecimo. Kalendas Nouembris.

CCCXLVIII.

Anno 1320. 31. Octobris.

Heinrich und Hermann Gebrüder, die Richershower, und Heinrich ihrer Muhme Sohn verzichten gemäss Vermittlung Berhtolds des Truchſessen von Küllental und Hartmanns von Purgau dem Kloster Wihenberch auf ihre Anſprüche an die Mühle zu Turhain gegen Empfang von 6 Pfund neuer Augsburg. Pfg.

In gotes namen amen. Ich Hainrich vnd herman mein pruoder gehaiſſen die richerſhower vnd hainrich vnſer muom ſvn veriehen vnd tvein kunt allen den die diſſen brief ſehent, horent oder leſent. Daz wir an anſprach heten hinz dem gotzhaus ze weihenperch daz gelegen iſt in auſpurger biſtvom. Vm die muel daz Tverhain, die gelegen iſt an der Zvoſme. daz die vnſer erblehen ſolt ſein, vmb daz rech gelt dez wolt vns der probſt vnd die ſamnvng nich veriehen vnd namen vns ein vnverzogen tach wor mein herren her Berhtold den Truhſeſzen von Kvellental vnd wor her hartman von purgau der deſſelben mals vnſer verſprecher was. Vnd perihten vns alſo mit vnſer peder willen. daz der probſt vnd die ſamnung ze wihenperch vns gaben ſehs phfunt niwer auſpurger phennig. für alle anſprach die wir vnd vnſer erben vnd alle vnſer nauechkomen dran ſprechen heten. Vnd alle vnſer nachchomen chain anſprach hinz dem vorgenanten gotshvs vm

die muel nimmer gehaben ſveln. Vnd daz dem vorgenanten gotzhus daz alſo ſtet blibe vnd nich zerbrochen werde. des geben wir im diſen brief verſigelten mit vnſers herren inſigel her Berthold Truhſeſzen von Kvellental vnd mit hern hartman von purgau inſigel div baidiv dran hangent. Des ſiht geziyege her Otte von Triveſhain. her hans von ſteten. her berchtold der Truchſeſze von Kvellental her hartman von purgau. der Marſchalch von Bochſperch. Holfman der ſchrag. fuelletravt der vogt von wertingen vnd ander erber leute. Do dir brief geben wart. do zalt man von Criſtes geburt drivzehen hvndert Jar vnd in dem swaizogeſten Jar an aller hailigen abent.

CCCXLIX.

Anno 1320. 7. Novembris.

Pfaffe Heinrich Pfarrer zu Althen verkauft einen Acker daſelbst, daraus alle Jahr zwei Pfund Wachſes hintz St. Peter zu Dilingen gehen, zweien geiſtlichen Frauen Mehthilt und Hedwig den Schwestern, genannt Sarwuehtin zu Dilingen um 4 Pfd. Augsburger Pfg., mit Vorbehalt der Nutzniessung des genannten Ackers, ſo lange er zu Althen ſeyn wird.

In Gotes namen Amen. Ich Pfaffe Hainrich Pfarrer ze Althen. dez Gaggenbergers ſun tuon kvnt vnd vergich offenlich an diſen brief allen den, die in leſent oder hoerent leſen. daz ich mit verdahtem muot vnd mit aller miner friund willen, gunſt vnd rat ainen acker, den ich kauft von dez Oſtermans ſelik kinden vnd darvz get zwai pfunt wackſes. alliv iar hintz ſanct Peter ze Eilingen vnd gelegen iſt ze Althen vf Meriſlinger weck, geben vnd verkauft han den gaiſtlichen frawen Mehthilden vnd Hedwigen zwaien ſchweſtern, genant Sarwuehtin ze Dilingen vmb vier pfunt auſpurger pfenning, geuber vnd guoter, der ſi mich gar vnd gentzlich gewert hant vnd iſt der kauffe geſchehen mit

der beſchaidenheit vnd gedinge, daz ich, die wil ich ze Althen bin, denſelben acker ſol buwen vmb halbes korn vnd ſol in auch halbes korn von demſelben acker geben an allen iren ſchaden. Swenne aber ich ze Althen nimmer. wer, ſo ſuln ſi den vorgenanten acker ſelber haben vnd niezzen ze allem reht vnd ſwie ſi went vnd mer, wer daz ich die vorgenanten frawen beed vberlebti, ſo ſol mich der vorgenant acker wider anvallen mit allem reht vnd ſul davon alliu iar an aller Selun tak, aines ſchillinges wert brotes geben dem Spital ze Dilingen vnd ſol derſelb acker nach minem tod dazſelb Spital angevallen an alle widerred, wer aber, daz mich der vorgenanten ſweſter ainiv oder beed veber lebtin, ſo sueln ſi beed oder ir ainiv den vorgenanten acker haben vnd niezzen, die wil ſi lebent vnd ſol nach irm tod daz vorgenant Spital anvallen mit allem reht vnd an widerred allermaenclicks. Daz daz alles alſo ſtêt blib vnd ſin niht vergezzen werd, darvmb han ich in diſen brief haizzen geſchriben, der verſigelt iſt mit minem Inſigel, mit mines vaters dez vorgenanten vnd mit dez vorgenanten Spitals Inſigeln div alliv driv daran hangent. Der ſint auch geziuge, die hernach geſchriben erber man. Amman Knod Marquart der Kaiſer Herman der Hunger, Chuonrat Gleunink vnd ander erber Leut gnuok. Daz geſchach do man zalt von Criſtes gebuert driuzehenhundert iar darnach in dem zwainzigoſtem iar an dem nehſten fritak vor ſanct Martins tak.

CCCL.

Anno 1321. 11. Martii. Dilingen.

Biſchof Fridrich erlaubt Chunrat dem Herwort, genannt der Oechseler, Bürger zu Augsburg, die Hube zu Erringen frei zu verkaufen.

Daz geſchach ze Dyligen. do man zalt von Chriſtes gebuort. drivtzehenhundert iar darnach in dem ains vnd zweintzigoſtem iar an dem naehſten Vreitach nach dem Aeſchermitwochen.

CCCLI.

Anno 1321. 30. Martii.

H. Gözwin bekennt durch Berh. Truchſessen zu Küllental mit dem Biſchof Friedrich um den Zehent der genannt wird Gözwins Zehent, und der theils in der alten Hochstetter, theils in Tisinger und in Lutzinger Pfarre gelegen ist, dahin verrichtet zu seyn, dass er ihn sechs Jahre inne haben, dann aber weil er von Alters ze Recht an die Kirche zu Merislingen gehört, ledig lassen soll.

Daz geſchach, da zalt man von Criſtes gebuert drivzehen hundert iar darnach in dem ains vnd zwainzigoſtem iar an dem Mentag nach dem Svnnentag ze Mitter vaſten.

CCCLII.

Anno 1321. 6. Maii. Augustae.

Capitulum ecclesiae Aug. Heinrico dicto Herpher ſocio chori sui, in recompensam redituum quorundam magna ex parte de pecunia eiusdem ad capellam St. Antonii Augustae emtorum, anniversarium celebrare promittit.

In Nomine domini Amen. Ne cum tempore geſtarum rerum memoria euaneſcat. Caute inductum eſt et moribus approbatum vt ea que inter mortales geruntur et ordinantur ſcripturarum teſtimonio conmendentur. Hinc eſt quod Nos. volricus prepoſitus. Kropho decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Augustenſis. In uniuerſorum deducimus noticiam per preſentes. Quod Anno Incarnacionis dominice. Milleſimo CCC. viceſimo

primo pridie. Nonas Maii. Nobis in Capitulo noſtro ad Campane ſonitum conuenientibus. vt eſt moris. Comparuit ibidem in noſtra preſencia. Diſcretus vir dominus Hainricus dictus Herpher ſocius Chori noſtri proponens quod ipſe vtilitatem et fructum. Capelle ſancti Anthonini in Auguſta que eſt titulus vicarie ſue emit et comparauit. Redditus annuos duorum modiorum cum dimidio. Silliginis et totidem Auene menſure Auguſtenſis et octo ſollidos denariorum Auguſtenſium de agris dictis Reutin ſitis in Gerſhouen predicte Capelle et eius Capellano per poſſeſſorem. dictorum agrorum perpetuis temporibus ſoluendos pro precio. Triginta. quinque librarum denariorum Auguſtenſium quam pecuniam dixit ſe venditori numeratam ſoluiſſe et tradiſſe. Et quia vltra ſummam viginti librarum denariorum Auguſtenſium que ei obuenerunt nomine Capelle predicte quos dedit honorabilis vir dominus. arnoldus. plebanus et Canonicus Eccleſie noſtre racione ſeu occaſione litis que fuerat inter ipſos pro Capella ſancti Michahelis. Expoſuit et expendit de ſuo. Quindecim libras denariorum Auguſtenſium in precio Reddituum predictorum petiuit ad inſtanciam nobiſque humiliter ſupplicauit quatenus in reconpenſam et refuſionem prefate pecunie. Quindecim librarum quam de ſuo expoſuit vt ſuperius eſt expreſſum poſt ipſius domini hainrici obitum diem anniuerſarium eius vellemus in Eccleſia noſtra conuentualiter et more ſolito celebrare. Ita quod ſucceſſor ſuus in Capella predicta qui in Redditu per eum empto ſuccedet cum nomine ipſius Capelle ſit idem Redditus comparatus et emptus eodem die Anniuerſarii ſui annis ſingulis nobis tradat ſoluat et aſſingnet. Quindecim ſollidos denariorum Auguſtenſium de obuencione Redditus ſupradicti de qua pecunia ipſo die aniuerſarii voluit quatuordecim ſollidos denariorum pro conſolacione fratribus preſentibus diſtribui vt eſt moris et pro vno ſollido denariorum. Miſſas in ſui memoriam comparari. Qua peticione recepta et diligenter conſiderata et premiſſo ſuper ea inter nos maturo conſilio habitaque deliberacione et tractatu ſollicito in conmuni de omnium noſtrorum voto vnanimi et conſenſu eam ad exaudicionis graciam admiſimus et admittimus per preſentes ſtatuendo et ordinando vt dies aniuerſarius prefati domini Hainrici poſt eius obitum annis

ſingulis per nos conuentualiter celebretur et quod ſucceſſor eius in Capella ſancti Anthonini nobis eo die quindecim ſollidos de prefatis Redditibus perpetuis temporibus aſſingnet diſtribuendos prout ſuperius eſt conſcriptum cum iuſte petencium deſideriis pius non ſit denegandus aſſenſus. In quorum firmitatem teſtimonium et euidenciam preſentes dedimus Sigilli noſtri Capituli fideliter roboratas. Actum et datum Auguſte. Anno et die prenotatis.

CCCLIII.

Anno 1321. 7. Maii. Augustae.

Sententia curiae August. per quam capitulo curia quaedam in Ayſlingen, dicta Mimminges Hof, adiudicatur, et Ulrico de Stotzingen militi, possessori intruſo, iniungitur ut capitulo curiam praedictam liberam dimittat et fructus de hoc anno perceptos unacum expenſis reſtituat.

Actum Auguſte anno Milleſimo CCC. primo nonis maii.

CCCLIV.

Anno 1321. 18. Julii. Augustae.

Judices curiae August. promulgant, Giselam dictam Haesnaeblin viduam, Giselam filiam, et filios ipsius se obligasse ad praestationem annuam II maltrorum tritici et XVI ſolidor. denar. Aug. quos quondam Hiltprandus praepositus in Vetingen de possessionibus ibidem pro anniversario suo et uxoris suae celebrando capitulo ecclesiae August. legaverat.

Acta ſunt hec preſentibus. Honeſtis viris domino Chuonrado de Randegge. Cuſtode et Oblayco et Magiſtro. Chuonrado dicto

Zolner procuratore generali dicti Capituli Auguſtenſis. Anno M. CCC. XXI. XV. Kal. Auguſti.

CCCLV.

Anno 1321. 14. Augusti.

Chunrat der Herbort Bürger zu Augsburg verkauft ſeinen Hof zu Erringen an Heinrich, Bursner und Vikarier des Chores zu Augsburg.

In Gotes Namen Amen. Ich Chvonrat der Herbort. Hainrichs dez Wiſſingers ſeiligen tochterman, Burger ze Auſpurch, tvon kvnt vnd vergich allen den, die diſen brief leſent, hocrent oder ſehent, daz ich mit gvoter betrachtunge vnd rat miner frivend vnd ſvnderlichen mit gvotem willen vnd gunſt miner huſfrawen, frawen Annun. dez wiſſingers ſeiligen tohter vnd auch aller miner Erben. minen hof ze Erringen vnd Muelhainzen, der vf demſelben hof bi mir her geſezzen iſt mit allem dem rechten, als er hinder mir geſezzen waz vnd ich vnd min Erben ſagen in vnd ſin Erben luterlichen ledig aller anſprache, die wir hintz irem libe oder guote ſolten haben vnd mit namen die halben Selde, da Diupvellin vfgeſezzen iſt, diu in denſelben Hof gehoert vnd auch mit allem dem daz in dazſelbe gvot gehoert, ze dorfe, ze velde, Wiſmat, holtz, beſuochtes vnd vnbeſuochtes vnd ſwie ez gehaizzen iſt, werkaffet han vnd auch an allen ſtêten vertigun ſol, fuer ain rechtes aigen vnd daz nicht vogtber iſt. Dem erſamen manne hern Hainrichem dem Burſner vnd vikarier vf dem Chor ze Auſpurch, mit allem dem rechtem vnd gewonhait, als ſi min vater vnd ich herbracht haben vmbe vierzig phvnt vnd vmbe an vier alif ſchillinge Auſpurger phenninge, die ich gar vnd genzelichen von Im enphangen han vnd auch derſelben phenninge von Im gewert bin vnd han die an minen nütz geleit. Ich diu vorgenant frawe Anna. Chvonratz dez Herborten Huſfrawe verzich mich der vorgenanten guote mit minem aide den ich geſworen han gar

vnd genzelichen aller der Rechte vnd anſprach, der ich an dem guote han oder gehaben mak, von Haimſtiuer, widerlegunge, Morgengabe oder von kainerlay ſahen ſwie ſi gehaizzen ſint, ich der vorgenant Chvonrat der Herbort vergich auch an diſem brief, daz ich vnd min Erben der vorgeſchriben guote hern Hainrichs dez Bursners ſiner Erben oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet lebender oder nach ſinem tode, rechter geweren ſuelen ſin, nach dez Landes, der ſtat ze Auſpurch, gewonhait vnd rechte, vor geiſtlichem oder vor weltlichem gerichte gen allermenclichen, ſi ſiin gaiſtlich oder weltlich, ſwie ſi gehaizzen ſint. Vnd darvmbe han ich Im vnd ſinen erben vnd ſwem er daz guot git oder ſchaffet geſetzzet vnd verſetzet ze Buergen. zvo mir vnuerſchaiden-lichen, Hainrichen den Herborten, mins vetern ſvn, Hainrichen, minen Bruoder vor ſant Mauricin vnd Hainrichen den Wiſſinger minen ſwager mit dem gedinge vnd mit der beſchaidenhait, ob hern Hainrichen dem Burſner, ſinen Erben oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet, daz ich Im verkaffet han, als da vorge-ſchriben ſtat, gar oder ain tail anſprache werde vnd auch werde anbehept, von ſwelhen ſchulden daz beſcheich, Die anſprache vnd den ſchaden ſwi er genant iſt, den er oder ſin Erben von der anſprache an koſte oder an andern ſachen genement, Die anſprach vnd den ſchaden, den ſi genomen hant, ſol ich Chvon-rat der Herbort min erben vnd die vorgenanten dri Buergen vnuerſchaidenlichen vſrichten vnd entloeſen luterlichen vnd auch gar vnd genzelichen an widerrede an allen iren ſchaden; Teit ich oder min Erben vnd die vorgenanten Buergen dez nicht in der ainem Manot daz wir die anſprache in nicht zerfuorten vnt abnemen an iren ſchaden als da vorgeſchriben ſtat, ſo hant ſi gewalt, die dri die zvo mit vnuerſchaidenlichen Buergen ſint, ze manun vnd ſvelen in die ze hant laiſten ze Auſpurch in der ſtat in ainem lithvs in rechter giſelſcheffte an geverde vnd ſuelen nimmer vſkomen, biz an die zit, daz in abgeleit werde aller ſchade vnd alliu ſahe genzelichen, da ſi vmbe gemant habent. Wer auch daz der drier Buergen ainer die vorgeſchriben ſtant in der friſt ſtuerbe ê diu gewerſchaft vf daz vorgenant guot ain ende hete nach dez landes vnd der ſtat ze Auſpurch recht vnd

gewonhait, dez got nicht enwelle, ſo ſol ich oder min erben im oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet in der ainem Manot, ainen als guoten Buergen ſetzen, der in als gilt vnd gewiss ſi als der vorder geweſen iſt. Teit ich oder min erben dez nicht, ſo hant ſi aber gewalt ze manen die andern zwen Buergen vnd ſvelen in die ze hant laiſten an geverde, in allem dem rechten als da vorgeſchriben in rechter giſelſchafften bis an die zit, daz ich oder min erben in ainen als guoten Buergen ſetzen, als der vorder geweſen iſt, daz daz im vnd ſinen erben alſo ſtaete vnd vnzerbrochen belibe, han ich in diſen brief geben verſigelten mit der ſtet Inſigel ze Auſpurch mit minem vnd der vorgenanten Buergen Inſigel, Hainrichs dez Herborten, mins vetern ſvon. Hainrichs mins Bruoders vnd Hainrichs dez Wiſſingers mins ſwagers, diu daran hangent, wan ich frawe Anne dez vorgenanten Chvonratz dez Herborten husfrawe aigens Inſigels nit enhan, verbinde mich vnder diuſelben Inſigel aller der vorgenanten ſache, die an dem brief geſchriben ſtant, ze laiſten vnd ze halten gar vnd genzelichen. Dez ſint geziuge, Her Chvonrat von Randegge Cuſter, Maiſter Arnolt der Liupriester. Maiſter Herman von ſant Mauricin. Chorherren ze dem Trom ze Auſpurch, Maiſter Chvonrat der Zolner. Chorherre ze ſant Mauricin, Hainrich der Priol. Chvonrat der Lange, die do der ſtet phleger waren, Johannes der appoteker, Hainrich der Span. Ludwich Riegge von Erringen vnd Herman dez Herborten knecht Burger ze Auſpurch vnd ander gettuoge. Do daz geſchach vnd der brief gegeben wart, do waren von Criſtes gebuert driuzehen hvndert iar vnd in dem ainem vnt zwainzigoſtem iar an vnſer frawen abent ze dem erent.

(C. 3. S.)

CCCLVI.

Anno 1321. 20. Septembris.

Adelheit Chunrat des Talmazingen Wittib verkauft ihren Hof zu Stainhain bei der Egwan dem Domkapitel zu Augsburg.

Dez ſint gezivg her Cvonrad der Minner, her Heinrich der Stoltzhirs, die da der Stet phleger waren, her Rvodiger der Langenmantel, Her Bartholome der Waelſer, Her Heinrich Bitſchlin, Her Johans der Appotecher, Her Cvonrad der Lang, Her Heinrich der Portner, Her Heinrich der Langenmantel, Her Heinrich der Wizzinger vnd anderre erberre livt genvog. Der brief iſt geben da man zalt von Chriſtes geburt Drivzehenhvndert iar *vnd in* dem ainen vnd zwainzegoſten iar an ſant Matheus abent.

CCCLVII.

Anno 1321. 17. Novembris. Augustae.

Litis compositio ſuper reditibus quibusdam inter Ulricum et Heinricum dictos Kroephe ex una, et ex altera parte inter capitulum Augustanum.

In Nomine domini Amen. Nos volricus et hainricus dicti kroephe. Canonici Eccleſie Auguſtenſis. Notum facimus preſencium inſpectoribus vniuerſis. Quod cum mortuo pie memorie domino krophone decano Eccleſie Auguſtenſis. Patruo noſtro dilecto quedam diſſenſio ſeu queſtio orta eſſet inter Capitulum Eccleſie Auguſtenſis ex parte vna et nos ex altera. Super Redditibus Quatuor modiorum duorum. Tritici et duorum Silliginis venditis per quondam dominum hainricum. Strumam patruum noſtrum. Canonicum Eccleſie Auguſtenſis quondam domino Gebolfo tunc viceplebano

Ecclesie Auguſtenſis hainrico filio eiuſdem et Judite filie ſororis ipſius. Eiſdem ſoluendis pro tempore vite ipſorum de poſſeſſionibus. quas a Capitulo Auguſtenſi tenuit et poſſedit nomine ſeu titulo oblagii videlicet Curia dicta adelgoltzhof ſita in Bobingen et de feodo cenſuali ſito in Aytingen quod tunc coluit Burchardus villicus ibidem. Quarum poſſeſſionum vnam ipſum Capitulum tenet videlicet. Curiam in Bobingen et nos alteram videlicet predium in Aytingen ex ordinacione predicti domini decani. Ex quo voluerunt et dicebant iidem domini de Capitulo nos ad mediam partem predictorum Reddituum ſoluendorum eſſe obligatos ſingulis annis perſonis ſupra nominatis et ipſos ad reliquam partem ſeu medietatem. Nobis e contrario aſſerentibus ipſos fore ad maiorem partem obligatos et nos ad minorem eo quod Curia eorum predicta noſtro predio in Redditibus pingwior eſſe dinoſcitur et exſtitit. Tandem eadem queſtio fuit inter nos amicabiliter concordata. Ita quod Capitulum predictum ſatiſfacere debet premiſſis perſonis. Et nos eidem Capitulo exſoluere debemus annis ſingulis quamdiu vixerint eedem perſone vel aliqua ipſarum medium modium Silliginis de omnibus oblagiis que tenemus ab Eccleſia et Capitulo prenotatis Quem et ſoluere promittimus et ad ſoluendum nos ipſi Capitulo obligamus ex certa ſciencia in hiis ſcriptis volentes quod ſi per nos dicta oblagia in alique ſeu aliquos tranſlata fuerint modo quocumque quod iidem et eadem oblagia ad ſoluendum ipſi Capitulo predictum frumentum pro tempore dictarum perſonarum maneant obligati. Inſuper ego hainricus kropho predictus ex premiſſa compoſicione promitto ſingulariter et ſpecialiter exſoluere eidem Capitulo ſimiliter vnum medium modium Silliginis. annis ſingulis pro tempore et vita ſupra nominatarum perſonarum hainrici videlicet et judite de omnibus oblagiis quas communiter cum patruo meo vlrico prenotato ſeu eciam diuiſim teneo et poſſideo a Capitulo et Eccleſia ſupra ſcriptis. Et ad ſolucionem eiuſdem medii modii faciendam vt premittitur me et mea oblagia volo manere ipſi Capitulo obligata eciam ſi ad manus deuenerint alterius cuiuscumque. In cuius rei teſtimonium has litteras ipſi Capitulo dedimus Sigillorum honorabilium virorum dominorum Judicum Curie

Auguſtenſis et noſtrorum munimine conſingnatas. Et nos Judices Curie Auguſtenſis predicti ad peticionem prefatorum dominorum volrici et hainrici in preſencia noſtri conſtitutorum et premiſſa omnia confitencium noſtrum Sigillum preſentibus ex certa ſciencia duximus appendendum. Datum Auguſte. Anno domini Milleſimo CCC. XXI. XV. kal. Decembris.

CCCLVIII.

Anno 1321. 15. Decembris. Augustae.

Fridericus ep. venditionem duarum curiarum in Erringen, ab Heinrico Wirſunch de Bobingen Hainrico Buſenhart bursnario et ſocio chori ecclesiae Aug. factam confirmat.

Nouerin vniuerſi qui ſua crediderint intereſse. Quod nos Fridericus dei gracia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis venditionem ſeu tradicionem duarum Curiarum que ſite ſunt in Erringen quarum vna uulgariter dicitur dez Gaizzers guot. altera vero dez Reichlingers guot. que fuerunt olim domini Engelſcalci de Rorbach qui vendidit eas Magiſtro Wolframmo Canonico et Cellerario Eccleſie Auguſtenſis et Johanni prepoſito de Erringen qui quondam coluit eaſdem Curias quas quidem Curias ad ſe deuolutas. Heinricus dictus Wirſunch de Bobingen qui nobis et Eccleſie noſtre iure ſeruitutis et dominii noſcitur pertinere nunc vendidit diſcreto viro Heinrico dicto Buſenhart Burſnario et Socio Chori Eccleſie Auguſtenſis iure proprietatis et dominii ad peticionem ambarum parcium eandem donacionem tradicionem et vendicionem nomine noſtro et Eccleſie noſtre confirmamus ratificamus et approbamus perpetuo volentes ipſam inuiolabiliter perdurare. Vt autem premiſſa firma et rata permaneant preſentes conſcribi fecimus et Sigillo noſtro legittime roborari. Datum Auguſte Anno domini Milleſimo. Trecent. XX. primo proxim aferia Quinta ante diem ſancti Thome. Apoſtoli.

CCCLIX.

Anno 1321. 20. Decembris. Augustae.

Coram judicibus curiae Aug. Ludwicus dictus Riegge aream ſuam cum domo deſuper edificata, horta et omnibus attinentiis in villa Erringen, Ulrico de Aychen praeposito, Hermanno decano totique capitulo pro alia area prope ecclesiam parochialem ibidem commutat.

Teſtes ſunt. Honorabiles viri dominus. Her. Decanus dominus.. de Snayt. Magiſter Wolframmus. Canonici Eccleſie predicte. Hainricus prepoſitus. Dominorum Capituli predicti. C. dictus Mertingen. C. dictus Keuffel Vlricus. Molitor in Erringen et alii quamplures fidedigni. Datum et actum Auguſte. Anno domini. M. CCC. viceſimo primo in vigilia beate Thome Apoſtoli.

CCCLX.

Anno 1322. 5. Februarii. Fueſsen.

Monasterium St. Magni in Fueſsen Friderico episcopo montem castri Fueſsen pro aliis quibusdam bonis donat.

In nomine domini Amen. Ad certitudinem preſentium et memoriam futurorum ſciant cuncti qui ſua crediderint intereſſe. Quod nos Heinricus diuina permiſſione. Abbas. Totuſque Conuentus Monaſterii ſancti Magni in Fueſſen. ordinis ſancti Benedicti. Auguſtenſis dyoceſis in Capitulo noſtro conuenientes ſingulariter vniuerſi more ſolito conuocati maturo conſilio freti ac deliberacione diligenti prehabita ſollempnitatibus et tractatibus qui in talibus de iure et conſuetudine conſueuerunt interuenire adhibitis penſantes etiam nobis et Monaſterio noſtro per infra ſcriptum contractum meliora veriſimiliter prouenire. Montem Caſtri Füeſen

cum omni iure dominii proprietatis et poſſeſſionis ſi quod nobis et Monaſterio noſtro in eodem monte competiit et competere uidebatur concorditer et bona voluntate omnibus nobis conſentientibus. Reuerendo in Chriſto patri et domino Friderico. Venerabili Epiſcopo Eccleſie Auguſtenſis et per eum eidem Eccleſie ſue. libere et legittim donauimus et donacione inter viuos donamus conferimus et tranſtulimus tradidimus et tradimus per preſentes perpetuo tenendum vtendum et pacifice poſſidendum ac faciendum cum eodem quod ſibi et Eccleſie ſue melius videbitur expedire. Reſeruatis nobis et Monaſterio noſtro. Areis ſeu domibus noſtris in pede montis eiuſdem ſituatis. - Renunciantes ſingulis et vniuerſis exceptionibus doli mali ſollempnitatis obmiſſe vel non rite in terpoſitenecnon omnibus iuris beneficiis extraordinarii et ordinarii que nobis et Monaſterio noſtro poſſent quocumque modo in contrarium ſuffragari. In cuius vero donationis recompenſam idem Reuerendus pater et dominus noſter Epiſcopus paterna gratia motus et ob fauorem quo nos et Eccleſiam noſtram ſpecialiter proſequitur nobis et dicto Monaſterio noſtro hec bona ſub monte Caſtri Hopfen ſituata videlicet Romans guot ſoluens annuatim duodecim ſolidos denariorum Auguſtenſium. Item Aream dicta Plauterer ſoluentem tres ſolidos denariorum. Item duos Ortos ibidem quorum vnum inhabitat.. dicta Riſerin. reliquum.. dictus franck ſoluentes etiam tres ſolidos denariorum eiusdem Monete. cum omnibus ſuis iuribus et pertinentiis pro ſe et ſuis ſucceſſoribus legittime dedit tradidit et donauit perpetuo tenenda vtenda et pacifice poſſidenda. In quorum omnium euidentiam et teſtimonium preſentes dedimus. Sigillorum noſtri et Conuentus noſtri predicti munimine roboratas. Nos quoque Waltmannus. Prior. Johannes Prepoſitus. Totuſque Conuentus Monaſterii predicti recognoſcimus et profitemur nos Sigillum noſtrum ex certa ſciencia preſentibus appendiſſe. Datum Fueſſen. Anno domini Milleſimo CCC. viceſimo ſecundo die ſancte Agathe virginis et Martyris.

CCCLXI.

Anno 1322. 5. Aprilis.

Ott von Eyrinſpurg Vogt zu Murnaw entſagt dem Biſchof Friedrich ſeine Anſprüche an zwei Segen die derſelbe auf dem Staffelnſe hat.

Ich Otte von Eyrinſpurg vogt ze Murnawe tuon kunt allen den die diſen brief ſehent oder hoernt leſen, daz ich gehaizzen han vnd gehaiz an diſem briefe, Minem gneydigem Herren, Biſchef Friderich ze Auſpurg, da zich in, nach daz Goteſhus ze Auſpurg fürbaz nimmer mer geirren wil, noch im dehainen ſchaden tuon an zwaien Segen, die er vnd daz vorgenant Goteſhus von alter vnd von reht vf dem Staffelnſe hant vnd von alter her gehabt hant vnd laz Si fuer mich vnd alle Min erben ledig vnd loſe an diſem briefe, fuer alle anſprach. daz im vnd ſinem Goteſhus daz alſo ſteit belibe, darvmbe gib ich im diſen briefe geueſtent vnd verſigelt mit minem inſigel, daz daran hanget. da daz geſchach, da zalt man von Criſtes gebuert drivzehen hvndert iar darnach in dem zway vnd zwainzigoſtem iar an dem nehſten Mentag nach dem Palmen tag.

(C. S.)

CCCLXII.

Anno 1322. 7. Novembris. Augustae.

Fridericus ep. Ludowico Rom. regi, a quo investitus fuit, ad ſerviendum ſe obligat.

Nos Fridericus dei gracia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus. Tenore preſencium publice profitemur. Quod cum Sereniſſimus dominus noſter dominus Ludwicus Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſa et ſingula feoda que ab ipſo nomine Imperii tenemus

ſollempnitatibus debitis interuenientibus nobis graciose contulerit inueſtiendo nos ſceptro Regio de eiſdem. Nos per Sacramentum corporaliter ſibi preſtitum obligamur eidem et nos obligatos recognoſcimus per preſentes ad ſeruiendum et cooperandum ſibi contra quoſlibet iuxta poſſe ac tenendam ſibi fidem et deuocionem tanquam vero Regi et noſtro domino gracioſo. Dantes has noſtras litteras Sigilli noſtri maioris appendencia roboratas in teſtimonium ſuper eo. Datum et Actum Auguſte. VII. Idus decembris Regi predicti noſtri domini Anno Nono.

CCCLXIII.

Anno 1322. 24. Novembris.

Heinrich und Rudolf Brüder, Grafen von Werdenberch, entſagen mit Ulrich von Stotzingen Ritter, dem Kapitel zu Augsburg ihre Anſprüche an einen Hof genannt des Mimminges Hof zu Ayſlingen, welchen sie dem genannten Ritter verliehen hatten, der jedoch des Kapitls rechtes Aigen war.

Das geſchah do man zalt driuzehen hundert Jar, darnach in dem zwai vnd zwainzgiſtem Jar an ſant Katherinen Abent.

CCCLXIV.

Anno 1322. 7. Decembris. Augustae.

Ludovicus R. rex transsumit et confirmat Friderico episcopo litteras Johannis Bohemiae regis.

Nos Ludowicus dei gracia Romanorum rex ſemper Auguſtus. Tenore preſencium profitemur. Nos litteras infraſcriptas non viciatas non abolitas ſed ſaluas per omnia in hec uerba uidiſſe. (Nro. CCCVI.) Nos itaque conſiderantes dictam obligacionem nomine Imperii eſſe factam. Attendentes nichilhominus fidelitatem et ſeruicia que prefatus Epiſcopus nobis et Imperio impendere poterit et debebit

eandem obligacionem Aduocacie ſub forma et condicionibus premiſſis ex certa ſciencia confirmamus. In cuius noſtre confirmacionis teſtimonium preſentes litteras conſcribi et noſtro ſigillo iuſſimus communiri. Datum Auguſte. VII. Idus Decembris. Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo. Viceſimo ſecundo. Regni vero noſtri Anno nono.

CCCLXV.

Anno 1322. 14. Decembris. Augustae.

Ulricus de Aychein praepositus, Hermannus decanus totumque capitulum ecclesiae Aug. ſtatutum, ex antiquo iuramento firmatum, de non recipiendis filiis civium Augustensis civitatis in Canonicos innovant.

Nos Vlricus de Aychein. Prepoſitus. Hermannus Decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis recognoſcimus per preſentes. Quod cum eſſemus in Capitulo noſtro conſtituti per campane ſonitum more ſolito conuocati cum ſuper infraſcriptis ſecundum opinionem quorumdam dubium oriretur. vtrum eſſet Capituli ſtatutum ex antiquo iuramento firmatum et conſuetudo vetus approbata communiter et iurata de filiis Ciuium Auguſtenſis Ciuitatis in Canonicos Eccleſie noſtre non recipiendis nulla de cauſa nec quibuſcumque coloribus exquiſitis nos ſollempniter per inquiſitionem cuiuſlibet noſtrum ſigillatim omnes et ſinguli per iuramentum diximus quod hoc eſſet ſtatutum ab antiquo iuramento firmatum et iurata laudabilis conſuetudo perpetuo firmiter obſeruanda. Sane ne cuiquam in poſterum ambiguitas inſurgeret de premiſſis de predicta declaratione ſicut predicitur per nos facta preſens conſcribi fecimus Inſtrumentum et premiſſum ſtatutum cum debita ſollempnitate per fidei preſtationem vice ſacramenti duximus innouandum. Statuentes ordinantes et diffinientes quod nullus Ciuis Auguſtenſis directe vel indirecte de cetero recipiatur in Canonicum Eccleſie memorate. Conſuetudinem

etiam eandem tamquam laudabilem honorem Capituli conſervantem et ab oppreſſionibus et illicitis inſeſtacionibus defendentem per preſentes approbamus recipimus et confirmamus. Volentes eam per nos et ſucceſſores noſtros tamquam legittime iuratam inuiolabiliter obſeruari. Preterea ſtatuimus ordinamus et diffinimus et in virtute preſtiti iuramenti volumus obſeruari, quod quicumque tam in minoribus Officiis Capituli noſtri quam in aſſecutione Canonicatuum et prebendarum Eccleſie noſtre Canonicorum Capituli noſtri maiorem partem habuerit ſine contradictione qualibet debeat preualere niſi quantum ad Canonicatus et prebendas reperirentur obſtare canonica conſtituta. In quorum omnium euidenciam preſentes fieri fecimus et Sigillo Capituli noſtri legittime roborari. Datum Auguſte. Anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo ſecundo feria Tertia poſt diem ſancti Luce ewangeliſte.

CCCLXVI.

Anno 1322. 17. Decembris. Augustae.

Capitulum ecclesiae Aug. curiam ſuam dotalem in Dilingen Ulrico Reushover jure emphitheutico confert.

In nomine domini amen ad certitudinem preſentium et memoriam futurorum. Expedit vt contractus hominum ſcripturarum teſtimonio roborentur maxime ne obliuionis uicio denigrentur. Idcirco nos Vlricus de Aichain prepoſitus Hermanus Decanus Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis Notum facimus preſentium inſpectoribus. Vniuerſis quod diligenti et ſolicita deliberacione prehabita et maturo freti conſilio ac adhibitis ſollempnitatibus et tractatibus qui tam de conſwetudine quam de Jure, in huiusmodi contractibus requiruntur Auctoritate etiam reuerendi in Chriſto patris et domini noſtri domini friderici Venerabilis Epiſcopi Eccleſie Auguſtenſis plenius accedente. Curiam noſtram dotalem in Dilingen continentem Trigenta ſex iugera agrorum cum pratis et ſingulis pertinenciis ſuis quam nunc colit et a

nobis tenet Vlricus dictus Reuſhover ciuis opidi Dilingen Contulimus et locauimus eidem Vlrico Reuſhofer et Vniuerſis ac ſingulis heredibus ſuis et preſentibus conferimus et locamus Jure Emphiteotico tenendam vtendam et perpetuo poſſidendam pro centum libris et duodecim libris. hallenſium nobis ab ipſo datis et numeratis ac in vtilitatem Eccleſie noſter conuerſis. Ita et in hanc formam et modum quod ipſe Vlricus vel heredes ſui ſeu poſſeſſores eiuſdem Eccleſie nobis conſwetos redditus Videlicet Sedecim maltra puri tritici menſure opidi predicti Triginta ſeptem ſolidos denariorum Auguſtenſium dapſilium annuatim exſoluant et in ciuitatem Auguſtam ad comune noſtrum Granarium preſentent in omnem cauſam et euentum ante feſtum beati Martini Epiſcopi ſuis ſumptibus et expenſis. In quo feſto ſi nobis per ipſum vel poſſeſſores dicte Curie de eiſdem redditibus in toto vel in parte non fuerit ſatiſfactum tunc propria auctoritate bona ipſorum mobilia et inmobilia per noſtros officiatos vel nuntios nomine pignoris pro redditibus non ſolutis capere poſſumus et in ſolutum recipere nulla licencia iudicis requiſita. Et ſi forſan propter abſenciam vel inopiam poſſeſſorum dicte Curie ſeu ex quacumque alia cauſa ſolucio reddituum predictorum in parte vel in toto per Triennium protrahentur extunc poſſeſſores ipſius ſeu quibus tunc temporis Jus competit in eadem ab omni iure eis in dicta Curia competente debent cadere ipſo facto. Et ipſa Curia ad nos reuerti et redire ab omni onere libera et ſoluta. Et nichilominus poſſeſſores nobis de penſione neglecta ſatiſfacere tenebuntur nulla eis in hac excepcione iuris vel facti aliqualiter profutura. Licitum eſt eciam antedicto emptori et heredibus ſuis Jus ſuum in ipſa Curia vendere et diſtrahere Cuicumque et nos ab eiſdem recipere debebimus penſionem et redditus predictos ſine contradictione et quolibet impedimento. Et ſi ipſum Vlricum vel Succeſſores ſuos ad vendicionem dicte Curie procedere contingerit vel forſitan facere diuiſionem pro heredibus ſuis vel aliis perſonis ob cauſam quamcumque tunc non in plures partes quam quatuor ita quod in qualibet parte remaneant ad minus nouem iugera agrorum licebit eandem Curiam diuidere et partire. In cuius rei teſtimonium ſupra nominato Vlrico preſentes dedimus

ſigillorum Reuerendi in Chriſto patris et domini noſtri Epiſcopi predicti necnon noſtri Capituli munimine roboratas. Datum Auguſte Anno domini Milleſimo CCC. XXII. XVI. Kal. Januarii.

CCCLXVII.

Anno 1323. 4. Januarii.

Ulrich Probst zu Weyhenberg verkauſt mit Einwilligung des Biſchofs Friedrich und Berhtoldes des Truchſessen von Chüllental, ſein Gut zu Raeuten, die Aecker bis an den Haewech, das Holz unterhalb der Aecker bis an das Riet und den vorgenannten Weg, Heinrich dem Viener und Heinrich dem Widenmann von Binswangen um 30 Pfd. Augsb. Pfg. auf vier Leib.

Dez ſint gezivge Ott Banwolf, Cuonrat Luterbach, Cuonrat Vebelaker, Hainrich der Viener, Herman Ilſunk, Hainrich der Taemvller vnd ander erberr Leute genvege. Do dir brief geben wart, do warn von Chriſtes geburt drivtzehenhvndert Jar vnd in dem dri vnd zwainzigoſtem Jar, an dem naeſten Aftermentach, vor dem Oberoſten.

CCCLXVIII.

Anno 1323. 4. Februarii.

Heinrich von Scheppach Ritter und Ulrich von Eglingen verkaufen die Güter zu Witiſlingen, die ſie von Rudolf von Eſelspurch und Sifrit von Sunthaim gekauft haben, an Biſchof Eriedrich zu Augsburg.

Wir Hainrich von Scheppach Ritter vnd Volrich von Eglingen tuon chunt vnd vergehen offenlichen an diſem brief allen den

die in ſehent, leſent oder hörent daz wir ſogtaniu guot, di wir chauften gemainclich vmb Rudolfen von Efelſpurch vnd Sifriden von Synthain, dive gelegen ſint ze Witiſlingen, das ſint des erſten vier Houe Egolfs Hof vnd des Bopphingers Hof, des Gerſters Hof vnd zwichen Hof vnd fünfzehen Hofſtet, diu erſt iſt des Liegen, Chunrat des Schmids, der Brenzerin Stollen, fulmachen, Cluegmullers, Iſellins Raidin. zwuo hofſtet Marquardes des Schmides der Grueningerin, Volrichs dez Schniders, Berchtolds dez Schmids Dietrichs des Langen vnd des Baders mit aim Gertlin, daz der Bader auch inne hat, ze dorf, ze velde, an höuen, hueben, Ackern, Wiſmat, beſuochtz vnd vnbeſuochtz, mit allen Nutzen, gulten, rehten vnd Ehaftin, als wirs her brauht haben, geben vnd verkauft haben reht vnd redlich venſerm geneidigen herren Biſchof Fridrich ze Auſpurch, von dem wir ſi ze lehen hetten vmb vierhundert phunt vnd Ahtzich phunt Haller, der er vens gewert hat gar vnd genzlich vnd haben diveſelben guot, als ſi da vorgenant ſint, in ſin hant vfgeben reht vnd redlich vnd haben vens der verzigen mit gelerten worten vnd mit aller vnſer erben guotem willen vnd gunſt vnd ſueln des ſine gewer ſin Jar vnd tach nach des landes reht, als ſitlich vnd gewonlich iſt. Vnd darvmb haben wir im vnd ſim gotzhuſe ze burgen geſezet, zve vens vnuerſchaidenlichen, di erbern leute, Hern Ruodolfen vnd Hern Hainrichen von Eglingen Ritter zwen gebrueder vnd volrichen den vogt von Eglingen. Mit der beſchaidenhait, wer ob es ze ſchulden koeme, daz diu vorgenanten guot anſprechich werden, im vnd ſim Gotzhuos, So ſol er es ze tag vnd ze teigdinch bringen vnd ſullen wir im diu guot verſprechen vnd vertigen mit dem rechten, als da vor gereit iſt. Taetten wir des niht ſo ſol er, oder ſin nachchomem der burgen ainen manen ſwelhen er wil, der ſol ze Nordlingen oder ze Laugingen ſwederhalp er wil invarn, in ains Gaſtgeben hous vnd ſol da ſelber laiſten oder ainen erbern kneht mit aim Maiden fuer ſich dar ſenden; vnd ſwenne der veirzehen tach gelaiſt hat, ſo hat er aber gewalt ze manen den andern ſwelhen er wil, der ſol auch laiſten in demſelben rehten als der voder vnd ſo der auch vierzehen tag gelaiſtet hat. So hat er aber gewalt ze manen den dritten,

der ſol danne auch invarn vnd ſueln di alle dri als lange laiſten in rehter giſelſcheft biz wir im vnd ſim Gotzhuſe vzgerihten vnd vertigen diu guot dive hei vorgeſchriben ſint. Vnd daz im vnd ſinem Gotzhuſe alſo ſtet vnd vnzerbrochen blibe, des geben wir im diſen brief geueſtent vnd verſigelten mit mim Hainrichs von Scheppachs Inſigel vnd mit der zwaier burgen Inſigeln, herren Ruodolfs vnd herrn Hainrichs von Eglingen, diu daran hangent. Vnd wan ich volrich der vorgenant von Eglingen niht aigens Inſigels han, bind ich mich vnder dive vorgeſchriben Inſigel ze halten vnd ze laiſten allez daz hi vorgeſchriben ſtat. Vnd auch ich Volrich der vogt von Eglingen vergihe der burgſchaft vnd verbind mich vnde diveſelben Inſigel ze halten vnd ze laiſten ſwaz hei vorgeſchriben ſtat. Dirre breif iſt geben do man zalte von Criſtes geburt Driuzehenhundert Jar vnd in dem driu vnd zwainzigoſten Jar an dem fritag nach vnſer frauwen tach ze der Liethmiſſe.

CCCLXIX.

Anno 1325. 16. Februarii.

Kunrat Herbort verkauft ſeinen Hof zu Bobingen an Heinrich den Burſner und Vikarier des Domes zu Augsburg.

In gotes namen Amen. Ich Cvonrat der Herbort, Heinriches dez Wizzingers saeligen tohterman, burger ze Augſpurch. Tvn kvnt allen den die diſen brief leſent, horent oder ſehent. Daz ich mit guoter betrahtvng vnd rat meiner frivnd vnd ſvnderlich mit gvnſt vnd mit guotem willen meiner Hvſfrawen frawen Annen dez Wizzingers saeligen tohter, Johanſen, meines ſvnes vnd auch aller meiner erben, meinen Hof, der zwiſchen der Mittelen mvel, dir Johanſen von Hoy iſt vnd der zwaier Voglchwin. Cuonrades vnd Bartholomeus Hof ze Bobingen gelegen iſt, an der Sinchalt, den mein Sweher saelig von herrn Volrichen dem Kameter von

Wellenburch kauffet, den auch Cvonrat der Bavmgarter bawet, der mich, mein vorgenant Hvſfrawen vnd vnſer erben von meinem ſweher ſaelig, Heinrichen den Wizzinger, angevallen waz, mit alliv div daz in denſelben Hof gehort, ze dorf, ze veld, Wiſmad, Holtz, beſvohtes vnd vnbeſvohtes, ſwie ez gehaizzen iſt. Vnd Cvonrat der Bavmgarter, der vf demſelben Hof ſitzet in allem dem rehten als er hinder meinem Sweher ſaelig vnd auch hinder mir geſezzen waz. Verkauft han vnd auch an allen ſteten fver ein rehtes Aigen, daz niht vogtbaer iſt, ſtaeten vnd vertigen ſol, darvs gehort Ain Halb Phvnt Wahſes vf vnſer frawen Alter ze zins, dem erſamen manne, herrn Heinrich, dem Bvrſner vnd Vikarier vf dem Chor ze Augſpurch mit allen den rehten vnd gewonhait, als ſi mein Sweher ſaelig, ich vnd mein erben her-braht haben vmb Hvndert Phvnt Vierzehen Phvnt vnd fvnfzehen Schilling niwer Augſpurger Phenning, die ich vnd mein erben gar vnd gaentzlich von im enphangen haben vnd auch gewert ſien vnd haben ſi an vnſeren nvtz gelaet. Ich div vorgenant frawe Anne, Cvenradez dez Herborten Hvſfrawe. Verzich mich dez vorgeſchriben Hofes vnd ſwaz darzvo gehort, mit meinem Ayd, den ich geſworen han mit gelerten worten, gar vnd gaentzlich aller der rehten vnd Anſprach, die ich an dem guot han oder gehaben mach, von Hainſtivr, Widerlegvng, morgengab, erbvng oder von chainerlai ſachen ſwie ſi gehaizzen ſint. Ich der vorgenant Cvonrat Herbort, Johans mein ſvn. Veriehen auch an diſem brief, daz wir vnd auch alle mein erben, dez vorgeſchriben Hofes vnd ſwaz darzvo gehort, heren Heinriches dez Bvrſners, ſiner erben oder ſwem er den Hof git ſchaffet oder lat, lebender oder nah ſinem ende, reht geweren ſvlen ſin, nah dez Landes oder der Stat ze Augſpurch gewonhait vnd reht vor gaeſtlichem oder vor waertlichem geriht, gen aller maenchlich, ſi ſien gaeſt-lich oder waertlich vnd ſwie ſi genant ſint vnd darvmb han ich im vnd ſinen erben, oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet, geſetzet vnd verſetzet ze Bvergen, zve mir vnd zve meinen erben vnverſchaidenlich, heren Johanſen den Langenmantel, Heinrichen Herborten, meines vettern ſvn, Heinrichen den Stolzenhirs vnd Heinrichen den Wizzinger, meinen Swager, mit dem geding vnd

mit der beſchaidenhait, ob herrn Heinrichen dem Brſner, ſinen erben oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet, daz ich vnd mein erben im verkauft haben als da vorgeſchrieben ſtat, gar oder ein tail anſpruech wrde oder auch wrd anbehebt, von ſwelhen ſchulden daz beſchaehe die Anſprach vnd den ſchaden, ſwie er genant iſt, den er, ſin erben oder ſwem er daz guot git von der Anſprach an koſte oder an anderem ſchaden genement, die Anſprach vnd den ſchaden den ſi genomen hand, ſol ich Cvonrat Herbort Johans mein ſvn vnd auch alle mein erben vnd die vorgenanten Bvergen alle vier vnverſchaidenlich, vsrihten vnd entloſen lavterlich vnd auch gar vnd gaentzlich ane widerred ane allen iren ſchaden Taet ich, Johans mein ſvn oder mein erben vnd die vorgeſchriben vier Bvergen dez niht, inner ainem monad, daz wir die Anſprach in niht zerſverten vnd abnaemen ane iren ſchaden als da vorgeſchriben ſtat, ſo hand ſi gewalt, die vorgenanten vier Bvergen ze manen vnd ſvolen in die ze hant alle laiſten ze Augſpurch in der Stat, in einem lithus in rehter giſelſcheft ane gevaerd vnd ſvolen nimmer vschomen *biz* an die zit, daz in abgelaet werde, aller ſchade vnd alliv ſach gar vnd gaentzlich, da ſi vmb gemant hand. Waer auch daz der vier Bvergen, die da vorgeſchriben ſtand, ainer in der friſt ſtverb ee div gewerſchaft vf daz vorgeſchriben guot ein ende haett, noch dez landes vnd der Stat ze Augſpurch reht vnd gewonhait. dez got niht welle, ſo ſol ich Johans mein ſvn vnd mein erben, im oder ſwem er daz guot git oder ſchaffet, inner einem monad ainen anderen als guoten Bvergen ſetzen, der in als guot vnd gewiz ſie als der vorder geweſen iſt. Taet ich. Johans mein ſvn vnd mein erben dez niht. ſo hant ſie gewalt ze manen die anderen Drie Bvergen, vnd ſvolen in die ze hant laiſten ane gevaerd, in allem dem rehten als da vorgeſchriben ſtat, in rehter giſelſcheft biz an die zit, daz ich, Johans mein ſvn vnd mein erben in einen als gueten Bvergen ſetzen als der vorder geweſen iſt. Daz im. ſinen erben oder ſwem er daz guet git alſo ſtaet belibe. vnd vnzebrochen. han ich in diſen brief geben verſigelten vnd geveſteten, mit der Stet Inſigel ze Augſpurch, mit meinem Inſigel vnd mit der vorgenanten vier Bvergen Inſigel. div

an diſem brief hangent. Wan ich frawe Anne dez vorgeſchriben Cvnradez dez Herborten Hvſfrawe vnd Johans vnſer baider ſvn Aigener Inſigel niht en haben, verbinden wir vns vnder div ſelben Inſigel, div an diſem brief hangent aller der vorgenanten ſach, die an diſem brief geſchriben ſtat ze laiſten vnd ze halten gar vnd gaentzlich bi vnſeren triwen. Dez ſint gezivg her Cvonrat von Randegge. Cvſter, maiſter Arnolt der Liubrieſter. Chorherren vf dem Tvem ze Augſpurch. her Heinrich der Bach. her Heinrich der Portner, die da der Stet ze Augſpurch Phleger waren, her Rvedger. der Langenmantel. her Cvonrat der Stolzhirs, her Werenher der Gollenhofer. her Cvenrat der Lang. her Johans von Höy vnd andere erbere livt genuog. Der brief iſt geben da man zalt von Chriſtes geburt Drivzehnhvndert iar vnd in dem Driv vnd zwaintzegoſten iar an der naehſten michten nah dem Wizzenſvntag in der vaſten.

CCCLXX.

Anno 1325. 2. Martii. Dylingen.

Fridericus ep. bona in villa Witislingen, ſibi feudalia et apud Heinricum militem de Scheppach cum pecunia capituli fui emta, dicto capitulo aſſignat.

In nomine domini Amen. Quia longinquitate temporis rerum cognitio ſepe dinoſcitur interire. Hinc eſt quod ad perhennem rei memoriam legum perſwaſit auctoritas et conſwetudinis laudabilis introduxit antiquitas, quod contractus hominum ſcripturarum ſerie perhennentur, vt ad poſterorum noticiam defferantur. Ezpropter nos Fridericus dei gracia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis in vniuerſorum noticiam deducimus per preſentes et ſcire volumus omnes quorum intereſt, vel qui ſua crediderint intereſſe. Quod cum Capitulum Eccleſie noſtre Auguſtenſis ad peticionem et inſtantiam noſtram, qui propter penuriam pecounie ad empcionem infraſcriptam procedere nequiuimus, emere voluiſſet a Strennuo

Randegge. Cuſtos et Concanonicus noſter predilectus pio ductus propoſito volens Ecclesie noſtre refundere ſiquid vtilitatis et comodi conſecutus fuerat. ab eadem affectans etiam in ipſa Ecclesia cultum diuini nominis multiplicatis ſeruitoribus augmentare vnam vicariam ſacerdotalem in ipſa Ecclesia noſtra perpetuo habendam de nouo conſtituit et fundauit. Ordinans et diſponens de omnium noſtrum voluntate vnanimi et conſenſu. quod miniſtro ſeu vicario. ad eandem nouam vicariam nunc deputato et in poſterum deputando altare in cappella. per ipſum de nouo conſtructa et edificata. coniunctam muro Ecclesie noſtre ex parte poſteriori conſecrandum in honore beati Andree Appoſtoli. pro titulo debeat aſſingnari. Ad quod eciam altare. Idem dominus. C. de Randegge. Curiam ſuam ſitam in Elgen. empta per ipſum ab Adelhaidi. Relicta quondam. vlrici de Elgen. et a liberis ſuis que annuatim ſoluere debet. Quinque modios. farris. Octo modios auene. Menſure Auguſtenſis. Quindecim ſolidos denariorum Auguſtenſium. vnum agnellum. octo pullos. quatuor anſeres. viginti quatuor caſeos. Centum oua. pro dote ipſius vicarie. et pro prebenda et ſtipendio vicariam eandem vicarij tenentis. liberaliter tradidit donauit et perpetuo aſſingnauit. Eiuſdem vero vicarie ac vicarij qui eam tenere debet iura condiciones. Ritum et officium. Interueniente ad hoc. Auctoritate et aſſenſu. Reuerendi patris. domini noſtri. friderici. Ecclesie noſtre epiſcopi. et conſenſu memorati domini cuſtodis ſtatuimus ordinamus et declaramus. eſſe ſub infraſcripta forma et modo. Primo quod vicarius qui eandem vicariam tenebit et ad eam preficietur in altari predicte cappelle dicat more ſollito et continue miſſam ſuam et quod idem vicarius frequentacioni chori in peragendis horis canonicis et aliis obſequiis diuinorum ac obedientie. domini. decani noſtri qui pro tempore fuerit ſicut ceteri chori vicarij ſeu ſocij ſit aſtrictus. Item quod eidem vicario. diſtribuciones cottidiane que preſencie nuncupantur hiis temporibus quibus inter canonicos et vicarios. diuiduntur ſicut alio vicario tribuantur. Item quod cuſtos qui pro tempore fuerit in Ecclesia Auguſtenſi. ad eandem vicariam vacantem ad quem in antea predicti altaris prouiſio pertinere debebit vicarium ydoneum preſentet

et preficiat infra vnius menſis ſpacium a vacacionis tempore numerandum qui vicarius per ipſum cuſtodem preficiendus tunc ſit in ſacerdocio conſtitutus. vel ſaltim vicinus ſacerdocio. Et qui iuret ad ſancta dei Ewangelia. in preſencia Capituli noſtri ſi tempore prouiſionis ſue non ſit preſpiter quod infra annum a tempore aſſignate ſibi vicarie ceſſante impedimento legittimo et patenti ſe faciat in preſpiterum ordinari. Infra quem etiam annum quamdiu ſacerdos non eſt per alium ſacerdotem procuret et faciat miſſarum ſollempnia in altari predicto. more ſolito continue celebrari. Alioquin ſi idem vicarius infra ſpacium vnius anni non fuerit in preſbiterum vt predicitur ordinatus ipſo facto nulla premiſſa monicione vel cauſae cognicione vicaria ſibi commiſſa ſit priuatus et omnimode deſtitutus. Si vero cuſtos ipſe infra vnius menſis ſpatium a tempore vacacionis vt eſt dictum vicarium preficere negligeret aut prefectus ab eo vicarius non fuerit infra annum vt predicitur. in preſbiterum ordinatus prouiſio ipſius vicarie illa tantum vacacionis vice ad conmune Capitulum deuoluatur. Ita quod ex hoc cuſtodi in ſequentibus vacacionibus nullum preiudicium generetur. Et quia. Nos.. prepoſitus.. decanus. et Capitulum Eccleſie Auguſtenſis. predicti has ordinationes omnes et ſingulas. ad laudis diuine cultus extollenciam et augmentum. Ac eccleſie noſtre vtilitatem et conmodum redundare congnoſcimus. euidenter ad ipſarum obſeruacionem nos quantum tangunt conmuniter vel diuiſim perpetuo obligantes. Volumus eciam et ſtatuimus. vt preſens inſtrumentum. inter ceteras ordinaciones noſtras et ſtatuta Capituli in futura tempora perpetuo reſeruetur. In cuius rei teſtimonium preſentibus. Sigilla. prefati domini noſtri Epiſcopi Auguſtenſis. et Capituli noſtri ex certa ſcientia ſunt appenſa. Teſtes eciam huius rei ſunt. dominus. Kymo. de Berolſtat. Magiſter Arnoldus. profeſſor iuris canonici. Sacerdotes. Fridericus de Snayt. Berch. de Griffenſtain. Magiſter Hainricus de Nortenberg dyaconi. Volricus de Schoennegge. Sifridus Marſcalcus de Oberndorf. Hilprandus Marſcalcus de Biberbach. Eberhardus de Tumpnav. Hermannus Kamerarius de wellenburch. Engelhardus de Entzberg ſubdyaconi canonici noſtri

et alij plures fidedingni. Datum. Anno domini. Milleſimo. CCC. XXVI. in vigilia beati Mathei Appoſtoli.

CCCXCI.

Anno 1326. 27. Septembris. Auſpurch.

Biſchof Friderich ſchafft dem Spitale zu Dilingen alljährlich ein Pfd. Augsb. Pfeninge aus ſeinem Marktzolle daſelbst zur Wiederlegung des Heuzehends zu Pherſe.

Wir Fridrich von gotes genaden Piſchof ze Auſpurch tuen kunt vnd vergehen offenlich an diſem brief allen den die in ſehent oder hörent leſen, daz wir . . dem Spittalmaiſter vnd dem Spittal ze dilingen geſchaft haben vnd ſchaffen mit diſem vnſerm brief, Alliv iar ain phunt Auſpurger Phenning vſ vnſerm Marktzol ze dilingen an ſant Gallen tag ze ainer widerlegunge dez Heuzehenden datz Pherſe, den vns her Herman von Pherſe daſelben gab vn ledich liez vmb dazſelbe phunt phening ze ainem ſelgeret. daz daz ſtet vnd vnzerbrochen belibe, des geben wir diſen brief geveſtunt vnd verſigelt mit vnſerm Inſigel, daz daran hanget. Daz geſchach ze Auſpurch, do man zalt von Criſtes gebuert Driuzehenhundert Jar vnd in dem Sehſundzwainzigoſtem iar an dem Samſtag vor ſant Michaheles tag.

CCCXCII.

Anno 1327. 22. Aprilis.

Johann von Hoy Bürger zu Augsburg verkauft ſeinen Hof und eine Selde zu Göggingen für ein rechtes Aigen, das nicht vogtbar ist, an Hermann den Domdechant zu Augsburg um 13 Pfund 6 Schillinge und 3 Augsb. Pfeninge.

Der brief iſt geben, do von Criſtes gebuerte waren driuezehen Hundert Jar vnd in dem Siben vnd zwaintzigoſten Jar an ſant Georien abent.

CCCXCIII.

Anno 1327. 13. Julii.

Johann von Hoy Bürger zu Augsburg verkauft ſeinen Hof zu Bobingen, den ſein Vater von Herrn Ulrichen von Augsburg gekauft hat und eine Selde, die in denſelben Hof gehört, als rechtes unvogtbares Aigen Heinrich dem Burſner und Vicarier des Chores zu Augsburg um 141 Pfd. Augsb. Pfeninge.

Des ſint geziug her Chuonrat von Randegg Chuſter, Maiſter Arnolt der Liuprieſter, her Fridrich von Snait, her Chuonrat von Gerenberch Chorherren ze dem Tuom zu Auſpurch, her Hainrich der Portnaer, her Chuonrat der Lang, die do der Stat ze Auſpurch phleger waren, her Chuonrat der Stoltzenhirz, her Hainrich der Bach, Bartholome der Waelſaer, her Johans der Portnaer vnd ander erber leut genuog. Der brief iſt geben, do von Criſtes geburte waren driuezehen Hundert Jar vnd in dem Siben vnd zwainzigeſten Jar an ſant Margareten tag.

CCCXCIV.

Anno 1327. 15. Julii. Augustae.

Fridericus ep. de rebus canonicorum et vicariorum ecclesiae suae decessorum nihil sibi adtrahere promittit conceditque canonicis et vicariis sine licentia sua de rebus ipsorum ad libitum disponere.

In Nomine domini Amen. Fridericus dei gracia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis. Honorabilibus in Chriſto. Kraſtoni Prepoſito. Hermanno Decano. totique Capitulo Eccleſie Auguſtenſis. Salutem in omnium ſaluatore. Cupientes vobis in hiis que racione permittuntur vberius complacere deſiderantes eciam libertates et priuilegia veſtra cumulo libertatis ampliare recognoſcimus per preſentes quod de rebus Canonicorum et Vicariorum Eccleſie noſtre predicte ſiue teſtati ſiue non teſtati vel alias non facta rerum ſuarum diſpoſicione deceſſerint nichil ad nos vel Succeſſores noſtros debeat pertinere Profitentes quod in morte vel in vita ſine licencia noſtra de rebus ſuis mobilibus et inmobilibus quocumque nomine cenſeantur diſponere valeant et ordinare poſſint ſollempniter vel priuatim ſicut vtilitatibus ſuis viderint expedire. Quas eciam ordinaciones ſeu diſpoſiciones teſtamenta vel Codicillos legata vel alias quacumque voluntate relicta promittimus Eccleſie noſtre nomine nullatenus impedire. nec quibuscumque coloribus exquiſitis reuocare. ſed ipſas proponimus pro viribus defenſare. Renunciantes in hoc Eccleſie noſtre nomine pro nobis et Succeſſoribus noſtris beneficio reſtitucionis in integrum imploracioni officii ſuperioris et omni iuris beneficio quod nobis poſſet in contrarium ſuffragari. eciam hiis qui renunciacionem quantumcunque exigunt ſpecialem. Hec omnia de conſenſu bona voluntate necnon ſpeciali peticione Capituli noſtri predicti. ſingulis tractatibus et ſollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de conſuetudine quam de iure. ſtatuimus. ordinamus diffinimus et concedimus perpetuo duratura. In

quorum omnium euidenciam preſentes conſcribi fecimus et ſigillis tam noſtro quam Capituli noſtri predicti legittime roborari. Datum Auguſte Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo. Viceſimoſeptimo in diuiſione Apoſtolorum.

CCCXCV.

Anno 1327. 6. Augusti. Augsburg.

Herman der Chamerär von Wellenburch, Chorherr zu Augsburg, verkauft an Biſchof Fridrich ſeinen Hof daſelbst hinter der Pfallentz um 75 Pfd. Augsb. Pfeninge.

Wir Herman der Chameraer von Wellenburch, Chorherre ze Auſpurch, Arnolt der Ritter vnd Goetfrid ſin Brueder tuon chunt allen den die diſen brief anſehent oder hoerent leſen. Daz wir mit rat vnd guotem willen aller vnſrer frivnt vnd erben reht vnd redlich geben vnd verchauft haben vnſerm gnaedigen herren Biſchof Friderichen von Auſpurch vnd ſinem Gotzhus unſern Hof, der gelegen iſt in der Stat ze Auſpurch hinder der Pfallentz, mit dem Bomgarten vnd mit den Häuſern, di in dem Hof ſtant vnd mit den zwain Haeuſern, div di Baechererinn hat vnd mit dem, daz div Gruonawerinn hat, mit alle div vnd darzvo gehoert beſuoht vnd vnbeſuoht, in allem dem rehten, als wir vnd vnſer vorchomen in herbraht haben, den wir von im ze lehen heten vmb fuemf vnd ſibentzich pfunt guoter vnd gaeber Auſpurger pfenning, di wir von im enpfangen haben vnd an vnſern nutz gelegt, da wir ir wol bedorften, Vnd ſueln im denſelben Hof ſtaetigen vnd vertigen gen aller maenchlich nach dem rehten vnd ſwa wir dez niht entaeten, ſo hat er gewalt vns ze manen vnd ſuln wir im einvarn ze Auſpurch in aines Gaſtgeben Hus zehant, ſo wir gemant werden vnd layſten in rehter geiſelſcheft vnd nimmer darvs chomen, biz daz wir im den chauf vertigen nach dem rehten an allen ſinen ſchaden. Vnd daz daz

alſo ſtaet v(nd vnzer)brochen belibe, darveber gebn wir im diſen brief ze einem vrchuende mit vnſern Inſigeln ver(ſigelten, De)r geben iſt ze Auſpurch. Da man von Chriſtes geburt zalt driv-tzehenhundert iar im (ſyben vnd) zwaintzgoſten jar *) an dem naehſten Donerſtag vor ſant Laurentzen tag.

*) Diploma a tergo annum 1327, per manum valde antiquam inſcriptum, exhibet.

CCCXCVI.

Anno 1327. 21. Augusti.

Fridrich und Chunrat Raenwarts ſel. des alten Ammans Söhne von Werd und Johann ihres Bruders Sohn verkaufen ihren Zehend in den Dörfern zu Gremhayn, zwei Höfe zu Oberen Gremhayn etc. an Kunrat den Langen von Werd, Bürger zu Augsburg.

In Gotes namen Amen. Wir Friderich vnd Chuonrat hern Raenwarts saeligen des alten Ammans Sven von Werd vnd ich Johanns irs Bruoder Svn, burger ze Werd. Tuen chunt allen den die diſen brief anſehent oder hoerent leſen. Daz wir mit guoter vorbetrahtung vnd mit guotem rât vnd mit veraintem willen vnd mit vnſerr drier Hufrowen, daz iſt mit frawen Annen von Gravnberch vnd frawen Agneſen von Pfalheim vnd frawen Taevtichen, hern Otten des Vettern tohter, rât vnd guotem willen vnd mit aller vnſerr Erben rât vnd willen. Vnd auch mit rât vnd willen vnſerr lieben frivnde, hern Hainrichs des Portners von Auſpurch, min Fridrichs des Ammans Tohter Sweher vnd mit hern Otten des Vettern von Werd, min Johanſen Sweher vnd mit Fridrichs des Muenzmaiſters vnd ander vnſerr frivnd rât, gunſt vnd guotem willen. Vnſeriv Guot, div hernach geſchriben ſtand, daz iſt der Zehend in den Dörfern ze Gremhayn klainer vnd grozzer, der vnſer Lehen was von vnſerm

gnaedigen herren dem Biſchof vnd dem Gotzhus ze Auſpurch, Vnd Zwen Hoef ze Obern Gremhayn, die vnſer aigen waren, der ainen ietzund bowet Haintz Berenger, den Andern bowet Maier Lavn. Vnd ainen Hof vnd ain Mülſtat ze Haberſlaht, div auch baidiv vnſer aigen waren vnd div ietzund . . der Richartzhouer bowet, Vnd ein Guot zu Gothalmſhouen, daz auch vnſer aygen was, daz ietzund . . Helmſchrot bowet, Vnd ain Guot ze Röhiſhouen, daz zinſlehen iſt dem Gotzhuſe ze Wihenberg, dahin man aelliv Jar von demſelben guot ze zins geben ſol ein halb phunt wahſes, Vnd zwaie Tagwerch wiſmades, div . . Attenhouen etwenne von Vns gehabt hat, div vnſer Lehen waren von hern Hainrichs Svn von Hoechſtetn. Div vorgeſchriben Guot aelliv vnd ſwaz darzuo gehoeret an aeckern, an Wiſmedern, an Holtz, an Wazzer vnd an Wayde, an Selden, ze Dorf vnd ze Veld, beſuohtz vnd vnbeſuohtez, ſwie ez gehaizzen iſt, vnd mit allen den rehten vnd nuetzen, klainen vnd grozzen, als wir ſi herbraht haben, haben wir mit vnſerr vorgenanten Husfrowen vnd frivnd rat vnd guotem willen Verchauft vnd gegeben reht vnd redlichen fuer ledigiwe vnd vnvogtbaeriv Guot dem beſchaiden manne Chuonraden dem Langen von Werd burger ze Auspurch vnd allen ſinen Erben oder ſwem ſis gebent, ſchaffent oder lazzent vmb Vier Hundert phunt vnd vmb Sehs vnd Sehtzig phunt niuwer auſpurger phenning, die wir von in darumb emphangen haben vnd die wir vnſeren geltern an der guelt, der wir ſchuldig waren, ze gelt gegeben haben. Vnd der vorgenanten Guot aller vnd ſwaz darzuo gehoeret haben wir uns uerzigen williclichen vnd gern vnd haben Si aufgegeben ieglichez nach ſinem rehten, div Lehen haben wir ufgeben in vnſerr vorgenanten Lehenherren hant vnd haben geſchaffet, daz man ſi dem vorgenanten Chuonrad dem Langen vnd allen ſinen Erben ze rehtem lehen verlihen hat. div Aigen haben wir auch ufgeben vnd haben vns ir uerzigen mit gelerten worten, als man ſich aigens durch reht uerzihen ſol vnd als man ez ufgeben ſol nach der Stet reht ze Werd vnd nach des Landes reht. Vnd wir die vorgenanten drie frowen veriehen, daz wir mit guoter betrahtung vnd mit guotem willen Vns uerzigen haben vnd verzeihen aller der rehte

vnd anſprach, die wir an den vorgeſchriben Guoten gehabt haben oder ſolten oder moehten daran haben von haimſtivr, von widerlegung, von Morgengab oder ſwaz wir rehte daran wanden ze haben, der reht aller haben wir vns uerzigen mit gelerten worten, als ſich frawen ſogtaner rehte durch reht uerzihen ſuellen, als ſitlich vnd gewonlich iſt nach des landes reht, alſo daz wir noch nieman von vnſern wegen div vorgeſchriben Guot aelliv vnd ſwaz darzuo gehoert nimmermer ſueln geuordern noch angeſprechen, weder vor geiſtlichem noch vor weltlichem geriht, noch an kainer ſtat, noch mit kainen ſachen, daz dem vorgenanten Chuonraden dem Langen vnd ſinen Erben ze ſchaden chomen mug. Vnd wir die vorgenanten Friderich Chuonrad vnd Johans die Ammaen vnd vnſer Erben ſuellen der vorgenanten Guot aller vnd ſwaz darzue gehoeret des vorgenanten Chuonrads des Langen von werd vnd aller ſiner Erben reht gewern ſin. Vnd ſueln ſi in ſtaeten vnd uertigen fuer alle anſprach. div lehen, als man lehen durch reht ſtaeten vnd uertigen ſol nach des Landes reht. div aigen vnd daz Zinſlehen, als man aygen vnd Zinſlehen durch reht ſtaeten vnd uertigen ſol nach des Landes reht. Vnd haben in darumb ze buergen geſetzet zuo vns vnd zuo vnſern Erben vnuerſchaidenlichen, die Erſamen manne vnſer lieb Frivnd Hern Friderich den Tegan von Berg, hern Hainrich den Portner vnd hern Cuonrad ſinen bruoder burger ze Auſpurch vnd hern Cuonrad den Vettern, Otten den vettern, Johanſen den Vettern vnd Fridrichen den Muenzmaiſter burger ze Werd. Mit der beſchaidenheit, ob den vorgenanten Chuonraden dem Langen oder ſinen Erben div vorgeſchriben Guot oder ir ainez oder ir mer von ieman anſpraech wurden mit dem rehten, in den Zilen, als wir ſi in durch reht ſtaeten vnd uertigen ſuellen, dieſelben Anſprach ſueln wir in uerrihten vnd entloeſen ân allen iren ſchaden, darnach in den naechſten Manod taeten wir des niht, ſo hand ſi gwalt, der vorgenanten buergen drie ze manen, ſwelh Si wellent, Vnd ſwenne die gemant werdent. So ſuellen ſi ze hant chomen gen Auſpurch in aines Erbern Gaſtgeben hus vnd ſuellen da laiſten in rehter giſelſcheft mit ir ſelbes lib an geuaerd, Vnd ſo die ainen Manod gelaiſtet hand, haben wir Chuonraden dem Langen vnd ſinen

Erben die anſprach, darumb ſi gemant habent, dannoch niht uerrihtet noch entloeſet, So habent Si gewalt die anderen vier bpergen auch ze manen vnd ſuellen die ze hant, ſo ſi gemant werdent, in auch laiſten ze Auſpurch ze Erbern gaſtgeben vnd ſuellen alle Siben us der laiſtung nimmer komen, biz das wir dem vorgenanten Chuonraden dem Langen vnd ſinen Erben die anſprach, darumb ſi gemant hand, gar vnd gaentzlichen uerrihten vnd entloeſen ân allen iren ſchaden vnd ân alle widerred. Waer auch, daz der buergen ainer oder mer abgiengen, des Got niht welle, in der vriſt vnd Wir div vorgenanten Gut ſtaeten vnd uertigen ſuellen, So habent der vorgenant Cuonrat der laug vnd ſin Erben gwalt, vz den buergen, die dannoch lebentig ſint, drie ze manen, ſwelh Si wend vnd ſuellen in die laiſten ze Auſpurch ze Erbern gaſtgeben vnd ſueln vz der laiſtung niht komen, biz daz wir in ander borgen geſetzen an der ſtat, die in abgangen ſind, die ſi genement. Daz daz alſo ſtaet belib vnd vnzebrochen, darumb geben wir in diſen brief verſigelt vnd geueſtent mit der Stat Inſigel ze Werd vnd mit vnſeren Inſigeln vnd mit vnſerr vorgenanten buergen Inſigel, div aelliv daran hangent. Vnd wan wir die vorgenanten zwo frawen, frawe Anne von Gravnberch vnd frawe Agnes von Pfalheim, nicht aygner Inſigel haben, So uerbinden wir vns mit guotem willen vnd mit vnſern triwen in aydes wis, vnder der Stet Inſigel ze Werd vnd vnder vnſerr vorgenanten wirtte Inſigel ze laiſten vnd ze halten allez daz an diſem brief geſchriben iſt. Vnd wan ich Johans Hern Otten des Vettern Tohterman vnd ich frawe Taevtich ſin wirtin auch niht Aygner Inſigel haben. So binden wir vns auch mit guotem willen vnd mit vnſeren triwen in aydes wis vnder der Stat Inſigel ze Werd vnd vnder hern Otten des Vettern Inſigel min Johanſen Sweher vnd min Taevtichen vater. Der ſint geziug her Johans der Langmantel Ritter, her Ruedger der Langmantel, her Barthelme der welſer, her Cuonrat der Portner, her Hainrich der Stoltzhirs vnd her Johans der Portner burger ze Auſpurch, her Volrich von Laugingen Amman, her Hainrich von Hoehſtetn, her Harman der Ebner, Oett der Vetter der Juenger, Cuonrat von Hoehſten hern Hartmans Svn, Liutfrit von Hoehſtetn, Vlrich von hoehſtetn, Cuonrat

der werder, Hainrich der Máder, Hainrich der brobſt vnd fridrich der pfenninch Schuoſter burger ze Werd vnd ander Erber laeut genuog. Der brief iſt gegeben do man zalt von Criſtes geburt drivzehenhundert Jar vnd in dem Siben vnd Zwaintzgoſten Jar an dem naehſten fritag vor ſant Bartholomeus tag.

CCCXCVII.

Anno 1327. 5. Octobris. In Gamundia.

Fridricus abbas monasterii Laureacensis transmittens Gwilhelmo Marſcalco de Biberbach libellum actionis, sibi a capitulo praesentatum, eundem evocat ut coram se dicto libello respondeat.

Fridericus diuina permiſſione Abbas Monaſterii Laureacenſis Ordinis ſancti Benedicti. Dyoceſis Auguſtenſis. Iudex vnicus ſedis appoſtolice delegatus. Diſcreto viro Plebano in Biberbach Salutem in domino et mandatis appoſtolicis firmiter obedire. Licet iamdudum citauerimus Strennuum virum. Gwilhelmum Marſcalcum de Biberbach Militem. Ad inſtanciam Capituli Eccleſie Auguſtenſis pro eo quod ipſos bonis ipſorum quibuſdam inmobilibus ac eciam quibuſdam mobilibus notorie ſpoliauit et deinde ipſum pro contumacia excommunicauerimus ad inſtanciam predicti Capituli quibuſdam aggrauacionibus dicte Excommunicacionis ſentencie per interualla temporum ſubſecutis. Quia tamen idem Miles in obſtinata malicia quam diu contra idem Capitulum exercuit permanet animo indurato et bona eorum antea per ipſum non occupata occaſione earundem ſentenciarum noſtrarum de nouo preſumpſit occupare in graue dicti Capituli dampnum preiudicium et grauamen in contemptum noſtre iuriſdiccionis clauium Eccleſie ſalutis ſue diſpendium et ſcandalum plurimorum Petitum fuit ex parte ipſorum agencium a nobis humiliter et inſtanter quatenus cum ſuper notorio ſpolio et iniuria ipſum coram nobis citauerint et conuenire intendant contra ipſum eius

abſencia non obſtante lite habita pro quaſi conteſtata dingnaremur procedere ad recepcionem teſtium et ſentenciam diffinitiuam nobiſque ſuum libellum porrexerunt quem eciam vobis ac prefato Marſcalco ſi ipſum recipere voluerit tranſmittimus preſentibus interſertum. Proponunt et dicunt. coram vobis honorabili viro. domino Friderico. Abbate Monaſterii Laureacenſis. Judice Sedis appoſtolice delegato. domini. Krafto prepoſitus. Hermannus decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis Contra ſtrennuum virum dominum Gwilhelmum Marſcalcum de Biberbach Militem. Quod ipſe Reus et frater ſuus. dominus Hainricus Marſcalcus de Rechberg. Juſto vendicionis titulo ipſis actoribus. vendiderunt. bona homines. iura. et iuriſdicciones infraſcripta. Videlicet. Curiam in Aſhain nominatam. der Obermaierhof. Item Curiam ibidem nominatam. dez Sunnentages Hof. Item Molendinum ibidem. Item iuſpatronatus Eccleſie Parrochialis ibidem. Item Piſchinam ibidem. Item Siluam nominatam. Stangachawe. Item Pratum nominatum. das verlauzen Wizmat. Item omnia alia iura et iurisdicciones que in predicta villa habebant et aliquando poſſidebant quocumque nomine cenſerentur. Item ius aduocaticium. quod eis competebat in Curia villicali in villa althain prope fluuium dictum zuſem ipſis actoribus pertinente et aliis bonis ipſorum ibidem ad predictam Curiam pertinentibus. Item ius aduocaticium quod eis competebat in Curiis ipſorum actorum ſitis in villa Holtzhain quarum vna nominatur der Maierhof. Altera der Widenhof et in aliis bonis eorum que in eadem villa tenent et poſſident ac tenuerunt et poſſederunt. Item ius aduocaticium quod eis competebat in Curia ipſorum actorum ſita in villa Epiſburch que nominatur dez Piſchofes Hof. Item ius aduocaticium in Curia ipſorum actorum ſita in villa Rotgun. Item ius aduocaticium quod habebant in Curia ipſorum actorum in villa Holtzhuſen. cum hominibus pertinentibus ipſi reo et fratri ſuo. ex perſona et reſidenciam facientibus in eiſdem bonis et dominium ac poſſeſſionem eorundem bonorum et iurium in ipſos tranſtulerunt pleno iure. Que bona iuriſdicciones et iura cum per aliquos annos vna cum Decimis et Redditibus Eccleſie Parrochialis ibidem pacifice poſſediſſent prefatus Marſcalcus dya-

bolica perſuaſione ductus preſcripta bona omnia iura Decimas Redditus et iuriſdicciones occupauit violenter et ipſos actores commodo poſſeſſionis eorundem deſtituit et a poſſeſſione eiecit violenter notorie et manifeſte. Et per Octo Annos continuos et proxime elapſos ipſa occupata detinuit et adhuc detinet vſurpata. Et fructus ac Redditus recipit ab eiſdem. Qui fructus et Redditus quolibet Anno ſe extendunt et communi eſtimacione valere poterant. XXXVIII. modios Siliginis LIII. modios Auene et vnum modium cum dimidio Ordei. Nam ſingulis Annis Decima Eccleſie Parrochialis. in Aſhain vendi poteſt pro XL. modiis Siliginis et Auene. Item Curia. villicalis ibidem ſoluere debet Annuatim. IIII. modios Siliginis. et IIII. Auene. et X. ſolidos. Auguſtenſium denariorum. Item Curia dotarii ibidem. IIII. modios Siliginis. et IIII. Auene. et I. libram denariorum predicte Monete. Item Curia Molitoris ibidem. III. modios cum dimidio Siliginis et totidem Auene. et XXIIII. ſolidos denariorum preſcripte monete. Item Curia Piſcatricis ibidem. III. modios Siliginis et III. modios Auene et VIII. ſolidos denariorum antedicte monete. Item zaiſeyſried. III. modios Siliginis cum dimidio et totidem Auene. Item Molitor ibidem I. modium Ordei cum dimidio et XXIIII. ſolidos memorate monete. Item ius aduocaticium ibidem. XV. modios Auene. Item Taberna ibidem. II. ſolidos denariorum Auguſtenſium. Item Piſchina III. libras denariorum predicte monete. Item prata ibidem IIII. libras denariorum preſcripte monete. Item Aree ibidem XXX. ſolidos et VIII. denarios Antedicte monete. Quos Redditus eciam abinde Capitulum commode percipere potuiſſet ſi commodo poſſeſſionis eorundem non fuiſſet deſtitutum vnde cum premiſſa ſint notoria nec aliqua tergiuerſacione celari poſſint nec predictus Marſcalcus per ſentencias excommunicacionis quibus iamdiu per vos pro contumacia ligatus extitit ad parendum iuri et reſpondendum eorum peticioni induci nequiat Petunt quatenus ipſi iniungatis et veſtris litteris precipiatis ut memorato libello reſpondeat certo termino per vos ſtatuendo Alioquin contra eum tamquam ſuper notorio lite habita pro quaſi conteſtata ad recepcionem teſtium et diffinitiuam ſentenciam procedatis et ipſum eis ſentenciando condempnetis ad reſtitucionem memoratorum

bonorum iurium et iuriſdiccionum cum perceptis abinde ac que ipſi commode percipere potuiſſent. Que eſtimant ut ſupra et ipſos in poſſeſſionem ipſorum reducendos decernatis per veſtram ſentenciam diffinitiuam. Condempnantes eciam eum eadem ſentencia ad eſtimacionem. Iniurie eis taliter irrogate dampnorum expenſarum et intereſſe. Quam iniuriam eſtimant ad Centum Marcas Argenti ponderis Auguſtenſis. Intereſſe vero ad Centum libras Auguſtenſium denariorum. dampna vero et expenſas extra litem factas ad ducentas libras monete proxime ſcripte. Item proponunt contra eundem Gwilhelmum Marſcalcum quod ipſe ab hominibus reſidentibus et reſidenciam facientibus in bonis eorum ſuprascriptis in quibus nullum ius ſibi competit per Stiueras collectas et exacciones indebitas recepit et extorſit violenter et notorie ducentas libras Auguſtenſium denariorum in preiudicium iniuriam dampnum et grauamen dicti Capituli. Ex quo eciam bona et homines ipſorum predicta. ſunt deteriorata in tantum quod cum ducentis libris denariorum predictorum in ſtatum priſtinum reduci non valerent. Ad cuius exaccionis pecunie et deterioracionis bonorum ut ſupra eſt expreſſum petunt eum ſibi per vos ſentencialiter condempnari et coartari. Eccleſiaſticam qua conuenit per cenſuram. Item proponunt contra eundem Gwilhelmum Marſcalcum quod ipſe anno domini M. CCC. XV. recepit ſpoliando ipſos notorie et manifeſte. Redditibus eorum a villico eorum in Lanquat. XVII. maltra Tritici. XVI. maltra Siliginis et X. muttas auene menſure Granarii ipſorum in Auguſta. Item eodem anno ſimili modo recepit a villico ipſorum in Biberbach. II. modios cum dimidio Tritici. IIII. modios Siliginis et VI. metretas menſure Auguſtenſis. Item predicto anno recepit ſimili modo a villico in Merdingen. XXV. maltra Tritici XXV. maltra Siliginis. XXVI. muttas Auene menſure granarii ipſorum predicti ducentos et XXVIII. Caſeos. Item Anno domini M. CCC. XVI. recepit ſimili modo a preſcripto villico in Lanquat. XVI. maltra Siliginis predicte menſure et II. libras Auguſtenſium denariorum. Item eodem anno recepit a ſuprascripto villico in Biberbach. VIII. modios Siliginis menſure Auguſtenſis. Item memorato Anno recepit ſimili modo a prenominato villico in Maerdingen. V.

modios cum dimidio Siliginis menſure Auguſtenſis. XVIII, multas Auene menſure granarii ipſorum preſcripti et XXV. Caſeos. Quare petunt quatenus ipſum condempnetis ad reſtitucionem ſumme preſcripti frumenti et pecunie eis per eum violenter et notorie ablatorum et ad hoc eciam compellatis Eccleſiaſticam qua conuenit per cenſuram. Hec dicunt et petunt. cum expenſis factis in lite et proteſtantur de faciendis. Non aſtringentes ſe ad probandum omnia ſed ea tantum que ſuis intencionibus ſufficere videbuntur. Saluis ſibi in omnibus iuris addendi minuendi corrigendi et aliis beneficiis quibuſcumque. Porrectus fuit nobis iſte libellus Anno domini M. CCC. XXVII. III. Nonas Octobris. Quare, vobis precipiendo mandamus ſub pena excommunicacionis quam exnunc prout extunc trium dierum municione premiſſa ferimus in hiis ſcriptis ſi mandatis noſtris non parueritis infraſcriptis quatenus premiſſa ſepedicto Marſcalco notificetis qualibet abſque mora. eidem precipientes ex parte noſtra ac eciam eum peremptorie citetis. ut coram nobis compareat proxima feria Tercia poſt diem omnium Sanctorum. ſupradicto libello reſponſurus. Alioquin iuxta peticionem memorati Capituli cum ſuper notorio et notoria ſpoliacione ipſum conuenire intendant prout patet ex tenore libelli preſcripti ipſius abſencia non obſtante lite habita pro quaſi conteſtata ad recepcionem teſtium et diffinitiuam ſentenciam procedemus iuſticia mediante eo vlterius non citato nec vocato. In ſingnum execucionis preſentibus ſigillum veſtrum aut aliud autenticum appendatis. ſub pena excommunicacionis anteſcripta. Datum in Gamundia. Anno et die prenotatis.

(C. S.)

CCCXCVIII.

Anno 1327. 18. Decembris. Gamundie.

Fridericus abbas monasterii in Lorch, judex in causa a capitulo mota Wilhelmo Marſcalco de Biberbach, specialiter delegatus, hunc peremptorie evocat ut ad eandem causam finiendam in ecclesia oppidi Gamundiensis compareat.

Fridericus dei gracia abbas Monaſterii in Lorch. Ordinis ſancti Benedicti. Auguſtenſis Dyoceſis Judex vnicus in cauſa quam honorabiles domini Crafto prepoſitus Hermannus Decanus Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis coram nobis mouent ſtrennuo viro Wilhelmo Marſcalco de Biberbach militi a ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus diſcreto viro plebano ſeu viceplebano in Biberbach Salutem in domino Jehſu Chriſto Licet per nos in cauſa prefata exigente iuſticia adeo ſit proceſſum quod non reſtet aliud faciendum niſi ut diffinitiua ſentencia proferatur predictuſque Wilhelmus reus a nobis peremptorie ad ſingulos actus ac proceſſus neceſſarios legitime ſit citatus et ideo eo amplius non citato eius abſencia non obſtante rite poſſemus procedere ad dictum negocium finiendum ad ipſius tamen obſtinatam maliciam conuincendam. Vobis precipimus et mandamus quatenus memoratum Wilhelmum magis de gracia quam de iure denuo peremptorie et preciſe citetis quem et nos peremptorie preſentibus euocamus ut proxima feria ſexta ante Conuerſionem ſancti Pauli in Eccleſia parochiali Oppidi Gamundienſis finaliter conpareat coram nobis ad diffinitiuam in cauſa pretacta ſentenciam audiendam cum intimacione huiuſmodi quod propter eius abſenciam nullatenus deſiſtemus ad cauſam ipſam finiendam iuſticia mediante. Datum Gamundie anno domini M. CCC. XXVII. XV. Kalendas Januarii Reddimus litteras noſtro ſigillo proprio conſignatas.

CCCXCIX.

Anno 1328. 22. Januarii. Gamundie.

Fridericus abbas monasterii Laureacensis Gwilhelmum Marſcalcum de Biberbach ad reſtitutionem omnium possessionum et iurium, capitulo ablatorum, et ad solutionem 500 librarum pro fructibus et expensis condemnat.

Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo. Viceſimo octauo. XI. Kalendas Februarii. Nos Fridericus diuina permiſſione. Abbas. Monaſterii Laureacenſis. ordinis ſancti Benedicti. Dyoceſis. Auguſtenſis. Judex vnicus. Sedis apoſtolice delegatus. Preſidentes Judicio. In Cauſa quam honorabiles viri. Krafto. prepoſitus Hermannus Decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Auguſtenſis. Coram nobis mouerunt. Strennuo Viro. Gwilhelmo Marſcalco de Byberbach Militi et in qua ſibi porrexerunt libellum in hec verba. Proponunt et dicunt Coram vobis etc. vid. Nr. CCCXCVII. Lite igitur in penam ſupraſcripti Gwilhelmi marſcalci non curantis contumaciter reſpondere. eodem libello habita pro quaſi conteſtata. Receptisque probacionibus inductis ex parte iamdicti Capituli ſuper prima parte et actione libelli eiuſdem ſuper qua. ad preſens. probaciones inducere volebant. Secunda parte libelli et actione in ipſo ſcripta habita. in ſuſpenſo. Quia nobis euidenter conſtitit ſupraſcriptos actores fuiſſe in pacifica poſſeſſione. bonorum in prima parte libelli contentorum. Et ipſos comodo eiuſdem poſſeſſionis per prenotatum Gwilhelmum Marſcalcum. temere deſtitutos et a poſſeſſione eiectos et ipſum fructus abinde percepiſſe. Et hec eſſe notoria et manifeſta. Conmunicato prudentum virorum et Jurisperitorum. conſilio. Penſatisque et recenſitis omnibus que in dicta cauſa animum noſtrum mouere poterant et debebant dictoque Marſcalco. ad audiendam noſtram diffinitiuam ſentenciam citato peremptorie. ac legittime euocato et nullatenus per ſe aut per alium comparente. Ipſum condempnamus. Chriſti nomine in-

uocato ad reſtitucionem preſcriptorum bonorum. Juriſdiccionum jurium et hominum. Et ipſum Capitulum reducendum fore in poſſeſſionem ipſorum declaramus et eciam reducimus per preſentes. Condempnantesque ipſum tamquam inuaſorem ipſi.. Capitulo. in Quingentis libris. Auguſtenſium. denariorum. pro Fructibus. redditibus et obuencionibus quos de dictis bonis. violenter et notorie. recepit necnon pro dampnis. Iniuria et expenſis in lite et extra habitis taxacione noſtra et declaracione.. Procuratoris dicti Capituli per Juramentum ſollempniter facta prehabitis. Iniungentes ſibi per noſtram diſſinitiuam ſentenciam. hiis in ſcriptis vt de ſupraſcriptis Quingentis libris. memorato Capitulo. ſatiſfaciat vſque ad dominicam. qua Canitur, Judica me. proxime affuturam et vt ſentencie noſtre pareat abſque mora reſtituendo. Ipſis. bona preſcripta. deſiſtendo ab occupacione ipſorum. Alioquin non ſolum ſentencias. antea. per nos. in ipſum prolatas. faciemus publicari. Sed eciam contra. Ipſum tamquam Notorium inuaſorem. Rerum Eccleſiaſticarum et Sacrilegum procedemus in quantum permiſerit ordo iuris. ad penas debitas et condignas. In cuius rei teſtimonium. huic Carte. Sigillum noſtrum ex certa ſciencia duximus appendendum. Datum Gamundie. Anno et Die prenotatis.

(C. S.)

CD.

Anno 1328. 10. Februarii.

Monasterium Elwacense, episcopo Friderico consentiente, ius patronatus ecclesiae in Hohenalthein capitulo Aug. donat.

Sciant cuncti qui ſua crediderint intereſſe. Quod nos . . Abbas totuſque Conuentus Monaſterii Elwacenſis ordinis ſancti Benedicti dyoceſis Auguſtenſis. in Capitulo Monaſterii noſtri more ſolito congregati prehabitis tractatibus et penſatis diligenter neceſſita-

tibus et vtilitatibus Monaſterii noſtri de conſenſu pariter et auctoritate Reuerendi in Chriſto patris et domini Friderici. Venerabilis Epiſcopi Eccleſie Auguſtenſis. viris honorabilibus et dominis Kraftoni Prepoſito. Hermanno Decano. totique Capitulo Eccleſie Auguſtenſis. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris pleno ſeu perfecto donacionis et tradicionis tytulo ſiue iure. Juſpatronatus Eccleſie in Hohenalthein quod nobis et Monaſterio noſtro ſpectabat et pertinuit ab antiquo liberaliter donamus tradimus et aſſignamus predicto Capitulo Eccleſie. Auguſtenſis. cum plenitudine tocius iuris quod nobis compeciit in eodem et idem Juſpatronatus eis aſſignamus pro nobis et ſucceſſoribus noſtris et in eos transferimus penitus et omnino. Volentes concedentes ordinantes et diſponentes quod de predicto iurepatronatus ſic in eos tranſlato diſponant et ordinent de cetero ſicut vtilitatibus ſuis viderint expedire. Renunciantes in premiſſis et quolibet eorum pro nobis et ſucceſſoribus noſtris beneficio reſtitucionis in integrum. exempcionibus quibuſcumque ſupplicacioni imploracioni officii cuiuſlibet ſuperioris. excepcioni doli mali ſollempnitatis non adhibite necnon omnibus iuris beneficiis et auxiliis que nobis vel Succeſſoribus noſtris poſſent in contrarium ſuffragari. eciam hiis qui renunciacionem quantumcumque deſiderant ſpecialem. Hac eciam adiecta forma ſeu modo quod ſi nos vel ſucceſſores noſtri contra predicta veniremus quocumque modo omnes incorporaciones donaciones et vniones Eccleſiarum nobis auctoritate predicti domini noſtri Epiſcopi et conſenſu Capituli ſui facte eo ipſo reuocate ſint irrite et caſſe penitus et omnino. Nos Fridericus. dei gracia Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis recognoſcimus per preſentes quod omnibus premiſſis conſentimus et auctoritatem plenam preſentibus adhibemus. Volentes ordinantes et diffinientes ipſa ſeu quodlibet eorum inuiolabiliter perpetuo perdurare. Cupientes eciam cultum diuini nominis augmentare et neceſſitatibus Capituli Eccleſie noſtre graciosius ſubuenire requiſiti cum inſtancia diligencius et precibus ſerioſis per predictos honorabiles viros. Prepoſitum. Decanum ac totum Capitulum Eccleſie noſtre predictam Eccleſiam in Hohenalthein redditus fructus et obuenciones eiuſdem Eccleſie cum omnibus iuribus et perti-

nenciis ſuis adhibitis omnibus et ſingulis ſollempnitatibus, que requiruntur in talibus menſe predicti Capituli noſtri plenius et perfecte vnimus. tradimus incorporamus annectimus applicamus et aſſignamus tali forma ſeu modo quod poſtquam Eccleſia predicta vacauerit ipſum Capitulum de ſingulis fructibus obuencionibus redditibus et pertinenciis eorundem diſponere valeant et ordinare ſicut vtilitatibus ſuis viderit expedire. Salua tamen congrua ſuſtentacione Vicarii predicte Eccleſie quam taliter volumus moderari quod hoſpitalitatis onus et epiſcopalia iura ſeu cuilibet ſuperiori debita valeat ſuſtinere. Saluo eciam iure per omnia perſone que nunc tenet eandem Eccleſiam cui per premiſſa nullum volumus preiudicium generari. In quorum omnium euidenciam approbacionem et confirmacionem preſentes conſcribi fecimus. Sigillis tam noſtro quam Capituli Eccleſie noſtre predicti domini Abbatis et ſui Conuentus legittime roboratas. Datum. Anno domini Milleſimo. Treoenteſimo Viceſimo Octauo die ſancte Scolaſtice virginis.

CDI.

Anno 1328. 10. Februarii. Auguste.

Monasterium Elwacense Friderico ep. eiusdemque ecclesiae ius patronatus ecclesiae in Altheyn prope Dilingen, omnesque possessiones in eadem villa donat.

Sciant cuncti qui ſua crediderint intereſſe. Quod nos Rudolfus Abbas totusque Conuentus Monaſterii Elwacenſis. Ordinis ſancti Benedicti Dyoceſis Auguſtenſis in Capitulo noſtro more ſolito congregati prehabitis tractatibus et penſatis diligenter neceſſitatibus et vtilitatibus Monaſterii noſtri omnibus eciam et ſingulis ſollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de conſuetudine quam de iure propter grata et vtilia nobis a Reuerendo in Chriſto patre et domino Friderico venerabili Epiſcopo Auguſtenſi preſtita ſepius beneficia ſibi ſuiſque Succeſſoribus ac

65 *

per eos Ecclesie ſue Augustenſi pro nobis et ſucceſſoribus noſtris pleno ſev perfecto donacionis et tradicionis titulo ſiue iure. Jus patronatus Ecclesie parochialis in Altheyn prope Dylingen et omnes poſſeſſiones in eadem villa totaque Marchia ipſius ſitas cum ſuis pertinenciis vniuerſis quocumque nomine cenſeantur que dependebant a nobis et Monaſterio noſtro tytulo feodali ſicut ea tenuimus et poſſedimus ab antiquo liberaliter donamus tradimus et aſſignamus cum plenitudine tocius iuris quod nobis conpeciit in eiſdem ſev quolibet eorundem. Volentes et concedentes quod idem dominus Epiſcopus ſuique ſucceſſores ac Eccleſia Augustenſis predicta de preſcripto Jure patronatus et feodis in Altheyn ac in Marchia ville eiuſdem prenominatis de cetero diſponant faciant et ordinent ſicut vtilitatibus ſuis viderint expedire. Renunciantes in premiſſis et quolibet eorum pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus beneficio reſtitucionis in integrum exemptionibus quibuſcumque ſupplicacioni inploracioni officii cuiuſlibet ſuperioris excepcioni doli mali ſollempnitatis non adhibite necnon omnibus Juris beneficiis que nobis vel ſucceſſoribus noſtris poſſent in contrarium ſuffragari eciam hiis que renunciacionem quantumcumque deſiderant ſpecialem. Hanc eciam condicionem duximus annectendam quod ſi nos vel ſucceſſores noſtros contra premiſſa ſeu aliquod eorum venire contingat in toto vel in parte extunc omnes incorporaciones donaciones ſiue vniones Eccleſiarum videlicet in Chochen, in Roechlingen, in Pſalhein, in Stedlingen, in Elenberch et in Abtsgemvend nobis a dicto domino noſtro Epiſcopo totoque ſuo Capitulo facte eo ipſo reuocate ſint irrite caſſe penitus et inanes. In quorum omnium teſtimonium et euidenciam pleniorem preſentes exinde confectas conſcribi iuſſimus et ſigillorum tam noſtri quam Conuentus noſtri munimine roborari. Actum et datum Auguste Anno domini M. CCC. XXVIII. IIII. Idus Februarii.

(C. 2. S.)

CDII.

Anno 1328. 7. Julii. Oberdorf.

Adelhait, Ulrichs von Elgen Wittwe, verkauft mit Einwilligung Marſchalks Ulrichs von Oberndorf ihren Sedelhof zu Elgen an Kunraden von Randegge, Chorherrn zu Augsburg.

In gotes name Amen. Ich Adelhait, witwe Hern Vlriches Saeliges von Elgen, Cunrat, Vlrich, Elſpet vnd guot geſwiſtegit der vorgenanten Hern vlriches Saeliges vnd frawen Adelhaid chinder Tuen kunt allen den, die diſen brief anſehent oder hoerent leſen. Daz wir in guelt geuallen wauren vnd von derſelben guelt wegen angriefen muoſden vnſerive liggendive guot, daz wir groeſcheres ſchadens veberig wurden. Vnd darvmb haben wir verkauft raecht vnd redlich fuer vns vnd fuer vnſer erben mit vnſers genaedigen Heren Marſchalk Vlrichs von Oberndorf guenſt vnd wille vnd auch mit raut aller vnſer friuend vnſern Sedelhoef, der gelegen iſt ze Elgen, da wir mit weſen ietzund vf ſitzen vnd bizher geſezzen ſien. Da obenan anliet allernaechſt ain Hoef, den ietzund puet der duerner vnd niderhalb ain hof, der gehaizzen iſt der widenhof vnd iſt frawen der Elingerin fuer ain raechtes aigen vnd lediges guet vnuogtberes vnd da nieman nichtes vz noch vf hat mit akker, mit wiſmat vnd mit allem dem, daz ze dorf vnd ze vaelt darzue gehoert, beſuechtes vnd vmbeſuechtes, wie ez gehaizzen iſt. Vnd auch den Zehend, der ovz demſelben hof gavn ſolt, der vnſer lehen waz von vnſerem vorgenanten herren dem Marſchalch. Dem beſchaiden manne hern Cunraten von Randegge Chorherren vnd Cuſter dez Gotzhus ze Auſpurch vmb vier vnd fuenfzig pfunt auſpurger pfenning, die wir von im darvmb enpfangen haben vnd wan derſelb Zehend vnſer lehen waz von vnſerem vorgenanten herren Marſchalk vlrichen von Oberndorf, gaben wir im denſelben zehenden ovf, als ſitlich vnd gewonlich iſt ſogetanive lehen vfzegeben vnd hat derſelb her vlrich

vnſer herre ſich derſelben lehenſchaft verzigen vnd vfgeben vnd ovfegeſant, als ſitlich vnd gewonlich iſt nach dez landes recht. Dem erwirdigen herren Piſchof fridrichen von auſpurch, von dem er dieſelben lehenſchaft haet. Wir ſuellen auch vnd vnſer erben dem vorgenanten hern Cunraten von Randegge denſelben hof vnd guet vertigen vnd beſtaeten fuer ain raechtes lediges vnd vnuogtberes aigen vnd guot vnd da nieman vz noch vf hat vnd den Zehenden fuer ain rechtes lehen fuer alle anſprauch nach dez landez recht denne als verre, daz man vz etwievil akkers, der geſchaetzet iſt vf Nuen Jucchart, den zehenden ſol geben, als man von alter getavn havt vnd darvmb haben wir im zve vns geſetzet ze raechten buergen vnſern vorgenanten herren hern vlrichen den Marſchalk von Oberndorf, hern vlrichen den Gueſen ainen Ritter, hern Hainrichen von holtzhain auch ainen Ritter, hern Vlrichen den Gueſen ainen knecht vnd Cunraten den fraeuthouer vnd vlrichen vnd friderichen von Elgen zwen brueder, alle vnuerſchaidenlichen mit der beſchaidenhait waer daz, daz im oder wem er denſelben hof giet, geſchaft oder verkauft oder ichtz, daz darzuo gehoert, anſpraechig wuerd in der friſt, als man aigen durch recht verſpraechen ſol, oder der zehend in der friſt, als man lehen durch recht verſprechen ſol, die anſprauch ſullen wir in vnd vnſern burgen entloeſen mit dem raechten in ainem Mavnat, nachdem vnd wir von in ermant werden avn alle widerred vnd avn allen irn ſchaden. Taeten wir dez nicht, ſo havnt ſi gewalt vnſer buergen ze manen, welhie ſie went vnd wenne die gemant werdent, die ſullent in acht tagen darnach Varen ze Auſpurch in die Stat vnd ſullent da laiſten in raechter Gieſelſchaft in ainem offen gaſtgeben hous vnd ovz der layſtung nimmer komen, als lang, biz daz in vezgericht wirt allez daz, darvmb ſi gemant havnt. Stuerb auch der buergen ainer oder mer, dez got nicht enwelle, in der friſt, als man aigen durch recht beſtaeten vnd vertigun ſol, ſo ſullen wir in ainen andern ſetzen, der als guot ſie als der abgangen iſt, in ainem Mavnat, nach dem vnd wir von in ermant werden. Taeten wir dez nicht, ſo havnt ſi auer gewalt, vnſer burgen ze manen, welhie ſi went vnd ſullent in die laiſten in der Stat ze Auſpurch, als hievor

geſchriben ſtaet, als lang, biz daz in ain ander wirt geſetzet, der als guot ſie, als der abgangen iſt. Ich dive vorgenant Adelhait havn mich dez vorgeſchriben Hofes, Zehenden vnd guotes vnd waz ich raechtes daran haet vnd darvf von haimſtiuer, von morgengaeb vnd von widerlegung wegen verzigen mit minem ayd vf dez Riches Strauz, als ſitlich vnd gewonlich iſt vnd gehaiſſe ze ſtaet havn bie demſelben ayd, alles daz hie vorgeſchriben ſtaut. Wir haben im auch den Hof dafuer geben, daz er alliue iar gaelten ſol fuenf ſchaeffel waitzen, acht habern als auſpurger mez, funfzehen Schilling Auſpurger pfenning, acht Huoener, vier Genz, vier vnd zwainzig kaes, Hundert Aier vnd ain Oſterlamp. Daz daz alſo ſtaet blib vnd nicht zerbrochen werd, geben wir im diſen brief verinſigelt mit vnſers offtgenanten herren hern vlrichs dez Marſchalkes Inſigel, mit hern Hainriches von Holtzhain Inſigel, mit vlriches dez Gueſen Inſigel, dive allive an diſem brief hangent. vnd wan ich vlrich, der Gues Ritter Cunrat, der fraeuthouer, vlrich vnd friderich von Elgen aigener Inſigel nicht enhaben, binden wir vns vnder dive vorgenanten Inſigel vnd gehaiſſen ze halten vnd ze laiſten allez daz, daz hievor geſchriben ſtaut. Dez ſint auch geziug her Eberhart von Tumpnav, Chorherre ze Auſpurch, Her Albrecht der Tegan von Aeukirch, Maiſter vlrich der Hofmaier vnd ander erber leut gennog. Der brief iſt geben ze Oberdorf, da man zalt von Chriſtes geburt Driueczehen hundert Jar vnd in dem acht vnd zwainzigoſten Jar an dem naechſten Tonerſtag nach Sant Vlrichs tag.

(L. S.)

CDIII.

Anno 1328. 29. Julii.

Anna, Herrn Albrechts ſel. des Stolzenhirs Wittwe, und Heinrich der Stolzhirs ihr Geſchwei, Bürger zu Augsburg, verkaufen ihr Holz und die Holzmarch zunächst oberhalb Bergen, die er (Heinrich) und ſein Bruder Albrecht ſel. von ihrem Vater ſel. Siboten dem Stolzenhirs geerbt haben, für rechtes unvogtbares Aigen an Herrn Barthelme den Welſer, Bürger zu Augsburg, um 40 Pfd. Augsb. Pfeninge.

Dez ſint gezivg her Hainrich der Bache vnd her Hainrich die Portner, die do Bvrgermaiſter waren, her Rudger der Langenmantel, her Johans der Portner, her Hainrich der Alt Herbort, her Chvnrat der Lang, her Vlrich der Ravenſpurger, her Chvonrat der Klocher, her Chvnrat Herbort, her Hainrich der Jvng Herbort, her Rudger der Jvng Langenmantel vnd anderer erberer levt genvog. Der brief iſt geben, do man zalt von Criſtes gebvrt drivzehen hvndert iar vnd in dem ahten vnd zwaintzgoſten iar an dem naehſten Fritag nach ſant Jacobes tag.

CDIV.

Anno 1328. 6. Decembris. In castro Spilberg.

Ludwicus comes de Oetingen iunior Friderico ep. ad ecclesiam in Tanhouſen Hainricum de Haydegge praesentat.

Reuerendo in Chriſto patri. Domino Friderico. Venerabili Epiſcopo Eccleſie Auguſtenſis. Lud. Comes de Oetingen jvnior quicquid poteſt reverentie et honoris. Ad Eccleſiam parrochialem in

Tanhovſen. cuius jus patronatus nobis dinoſcitur pertinere vacantem ex morte quondam. Chvnradi. Comitis de Oetingen patrui noſtri paternitati veſtre preſentamus. Hainricum de Haydegge Awnculum noſtrum dilectum. Rogantes humiliter et deuote quatenus intuitu dei noſtrique ſeruicii ob reſpectum. ipſum de dicta Ecclesia dignemini inueſtire comitendo ſibi curam animarum Eccleſie prenotate. Adhibitis ad hoc ſollempnitatibus debitis et conſwetis. Datum et actum in caſtro noſtro Spilberch. Anno domini M. CCC. XXVIIIJ. VIII. Idus Decembris.

CDV.

Anno 1329. 3. Januarii. Auguste.

Hermannus decanus ecclesiae Aug. curiam in villa sua Gecgingen ad altare St. Nicolai in ecclesia praedicta legat.

In Nomine domini Amen. Ne longinquitate temporis condicio pereat originis. ad perpetuam rei memoriam et ne falſitas preualeat veritati vetuſta conſuetudine cui reuerencia debetur eſt laudabiliter introductum vt geſta mortalium ſcripture teſtimonio roborentur. Nouerint igitur cuncti qui ſua crediderint intereſſe quod ego Magiſter Hermannus Decanus Auguſtenſis Eccleſie deuote recognoſcens quod Eccleſie teneor ad antidota naturaliter a qua noſcor recepiſſe beneficium qua michi nullus proximior quia me domino ſociauit cupiens in ea cultum augmentare dominicum et ut in ea diuine laudis organa frequencius peragantur de conſenſu virorum Honorabilium. Kraftonis prepoſiti necnon tocius eiuſdem Eccleſie Capituli ſuper infraſcriptis more ſolito conuocati tractatibus debitis et conſuetis premiſſis diſcrepante nullo penitus auctoritate pariter et conſenſu Reuerendi in Chriſto patris et domini Friderici. Venerabilis Epiſcopi Eccleſie Auguſtenſis ſingulis eciam ſollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de conſuetudine quam de iure. Curiam meam ſitam in villa

